
Princeton University Library
32101 073402685


VET TES TAMEN
NOV TAM TVM
Dei Sub Numine Viget

# CATALOGUS

# CODICUM ORIENTALIUM

## BIBLIOTHECAE ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE

AUCTORE

**M. J. DE GOEJE**
Litt. Orient. Prof. Ordin. et Interprete Legati Warneriani.

Volumen quintum



LUGDUNI BATAVORUM
APUD E. J. BRILL
MDCCCLXXIII

# PRAEFATIO.

Volumine hoc quinto Catalogus Codicum Orientalium Bibliothecae Lugduno-Batavae, exceptis libris Javanicis et Malaïcis, completus est. Continet descriptionem Codicum ad theologiam mysticam et ad religionem Christianam pertinentium, quorundam miscellanei argumenti, et adversariorum chartarumque Warneri et aliorum recentiorum. Sequuntur Addenda et Emendanda, inter quae recepta est descriptio Codicum omissorum aut post Catalogi impressionem acquisitorum. His absolutis, describuntur parvae collectiones Codicum Orientalium, quae alibi in patria nostra exstant quaeque sic ex oblivione trahuntur in lucem. Ordo quem in hisce libris describendis secutus sum, idem est qui in magno Catalogo obtinuit, ita ut facillime certae categoriae libri inveniri possint. Libros Armeniacos, qui inter Codices de religione Christiana sunt, Cl. Félix Nève, Lovanii Professor, meam in gratiam descripsit, Syriacos Cl. J. P. N. Land, tunc Amstelodami, nunc in hac Universitate Professor, dum Catalogus Codicum Rheno-Trajectinorum auctorem habet Cl. P. de Jong, in ea Universitate Professorem. Eidem debetur descriptio nonnullorum Codicum Lugdunensium, jam pridem facta, sed nunc a me resumta et absoluta. Quae ex emendandis a manu Cl. Dozy sunt, indicavi litteris R. D. Omnibus his viris, Collegis aestumatissimis, gratias ago pro auxilio praestito.

Indices spero ut proximo anno prodire possint. Non autem a me eos exspectes, sed ab Adjutore meo, qui iis absolutis, prosecuturus est Supplementum ad Hádjí-Khalífae opus, de quo egit Cl. Dozy in Prologo, p. XXXI seq.

Quum Cl. Dozy anno 1851 prologum scriberet ad Catalogi tomum primum, numerus Codicum Orientalium, praeter Hebraeos, erat 1635 [1]). Nunc ultimus Codex in pluteis gerit numerum 2092. Nempe tum emtione, tum donatione multi accesserunt libri manuscripti. Verum maxima longe pars Codicum sunt libri Malaïci et Javanici, anno 1864 ex urbe Delphis huc allati. Dono accepit Bibliotheca Codices n. 1636, 1645, 1686—1688, 1894—1896, 1901—1903, 1922—1925, 1940, 1941, 1944, 1946—1952, 2056—2058, 2061, 2062, 2064 a Viris Amplissimis Illustrissimis Clarissimis Doctissimis d'Ohsson, Pluygers e libris Cl. Geel, van Rappard, Sloet van de Beele, van den Bergh van Eysinga, T. Lycklama à Nyeholt, W. Pleyte, W. R. van Hoëvell, J. F. E. Prince, van Boekeren, L. W. E. Rauwenhoff, H. Modderman, C. C. L. van Coeverden, Zijnen Wartie, Yssel de Schepper, et ex haereditate Virorum Clarissimorum Doctissimorum H. A. Hamaker, P. P. Roorda van Eysinga et W. H. Engelmann. Codices 1926—1929 et 2019 olim inter Codices Graecos et Latinos huc translati sunt, 2065—2092 nuper e Bibliotheca Regia Hagana huc migraverunt. Coëmti sunt ex auctionibus diversis sive sumtu publico ex Codice alibi servato descripti 1637—1644, 1646—1685, 1887—1893, 1897—1900, 1904—1921, 1930—1939, 1959, 2025 et 2063.

Codicum Javanicorum descriptio nondum exstat, Malaïci anno 1870 descripti sunt a V. Cl. Pijnappel in opere periodico *Bijdragen tot de Taal- Land- en Volkenkunde van Nederlansch Indië*, Seriei tertiae volumine quinto, p. 142—178. Ut primum nactus fuero occasione, curabo ut descriptio omnium horum librorum prodeat tamquam supplementum ad hunc Catalogum.

Nihil restat nisi ut, toto nunc Catalogo absoluto, iterum Viros Doctos rogem ut benevole de nostro opere judicent, memores non solum causae errorum quam indicavit Cl. Dozy ad calcem Prologi sui, sed alterius non minoris, nempe quod labor, ab anno 1851

1) Ipse habet 1634, sed vid. Catal. II, p. 161.

ad annum 1873 protractus, saepe per longum intervallum intermissus fuit, denique quod non unum, sed quatuor auctores habuit hic Catalogus.

Scripsi Calendis Octobris anni MDCCCLXXIII.

M. J. DE GOEJE.

---

# INDEX ARGUMENTI.



ADDENDA ET EMENDANDA.

# THEOLOGIA MYSTICA.



## *a.* LIBRI ARABICI.

---

### MMCCXXIII. (Cod. 638 Warn.)

كتاب المَوَاقِف, liber celeberrimus cujus auctor est Mohammed ibn-Abdo-'l-Djabbár an-Niffarí [1] (+ 354). Quod ad titulum »stationes'' attinet, hoc modo ab Ibno-'l-Arabí in vocabulario vocum technicarum quibus Sufii utuntur (v. supra I, p. 86, n. CXLVI) explicatur: الموقف هو منتهى كلّ مقام [2] وهو المطلع

---

1) Cod. النُفرى, Ibno-'l-Arabí النفزى, Uri pronunciat *Noffazí*, in ed. H.-Kh. recte *Niffarí*, nam ad-Dhahabí in opere *Moschtabih* habet النِّفَّرِىُّ محمد بن عبد الجبّار صاحب المواقف والدعاوى والضلال.

2) Ibno-'l-Arabí l.l. المقام عبارة عن استيفاء حقوق المراسم على التمام ولهذا صار من شروطهم انه لا يصحّ للسالك ارتقاءٌ من مقام الى مقام فوقه ما لم يستوف احكام ذلك المقام فانّ من لا قناعة له لا يصحّ منه ان يكون متوكّلا ومن لا توكّل له لا يصحّ له مقام التسليم وهكذا فى من لا توبة له فانه لا يصحّ ان يكون من اهل الانابة ومن لا تورّع له لا يصحّ منه الزهد وسمّيت هذه وما سواها

والاعراف كما عرفت ذلك هناك والموقف ايضًا مقام الوقفة التى هى الحبس بين كلّ مقامين لتصحيح ما يبقى على السالك فى المقامات من تصحيح المقام الذى وقع له الترقّى عنه وللتادّب ايضا ممّا يحتاج اليه عند دخوله الى المقام الذى وقع له الترقى اليه المواقف جمع موقف وهو موضع الوقفة كما عرفت وهذه المواقف قد اشتمل عليها الكتابُ المسمّى بالمواقف النّفّرية (Cod. sine punctis) المنسوبة الى الشيخ محمّد بن عبد الجبّار النفّرى قدّس الله سرّه العزيز متضمّنًا لتصحيح بقايا المقامات بالوقوف بين كلّ مقامين ولهذا عَنْوَنَ فصوله بقوله قدّس الله سرّه اوقفنى وقال لى.

Stationes hac ordine deinceps sequuntur: موقف العزّ[1] , مـ القرب , مـ البحر , مـ قد جآء وقتى , مـ انت معنى الكون , مـ الكبريآء , مـ مَعْرِفَة المَعَارِف , مـ العزآء , مـ الادب , مـ الوَقْفَة , مـ الرحمانيّة , مـ العزّة , مـ الموت , مـ المَطْلَع , مـ الامر , مـ التذكرة , مـ الاعمال مـ لا تَطْرِف , مـ ما يَبْدُو , مـ بيته المعمور , مـ الرفق , مـ التقرير cet. cet.

Codex bene exaratus, anni notâ caret. Pars prior quam plurimis glossis adstructa est, fere omnibus haustis e Commentario at-Tilimsánii (+ 690 v. H-Kh. VI, p. 235).

Alterum ex. Bodl. (Uri) 352 et cum Comment. Tilimsánii ibid. 106 et 110.

### MMCCXXIV. (Cod. 141 Gol.)

الرسالة القُشَيْرِيّة. Celeberrimus tractatus de Sufismo, auctore

---

بالمقامات لاقامة النفس لكلّ واحد منها لتحقيق ما هو تحت حيطتها المتناوب ظهورها على النفس المسمّاة احوالًا لتحوّلها ۞

1) Male in ed. H.-Kh. الغزّ.

Abu-'l-Kásim Abdo-'l-Karím ibn-Hawázin al-Koschairí (376–465), qui, ut ipse disertis verbis dicit, anno 437 hunc librum absolvit [1], scriptum »ad omnes Sufios in terris Moslemicis habitantes.'' Praecedit querela auctoris de detrimento quo in dies magis afficitur sancta Sufiorum fraternitas: pauci jam sunt doctores et ductores superstites, pauci juvenes qui eorum vitae et doctrinae student. »Scripsi igitur ad vos, ita suos alloquitur, hunc tractatum, in quo memoravi quaedam memorabilia e vita Scheikhorum hujus ordinis, de cultu, de moribus, de consuetudine et de fide cordis eorum (وعقائدهم بقلوبهم); quae ex experientia sua (من مواجيدهم) nobis commonstraverunt, et quomodo ascenderunt a rudimentis ad culmen.'' Capitum indicem dedit Flügel in Catal. Codd. Vindob. III, p. 320 seq. Primum longe omnium maximum agit de celebrioribus ordinis membris, secundum de significatione verborum technicorum Sufiorum, deinde ipse tractatus incipit capite فى التوبة. Praecedit capiti primo sectio (10 pagg.) de hujus sectae dogmatica, quae simplicissima est, quippe prorsus negativa. Describam ex ea haec pauca verba al-Halládji: اخبرنا الشيخ ابو عبد الرحمن السُّلَمِىّ رحمه قال سمعتُ محمّد بن محمّد بن غالب قال سمعتُ ابا نَصْرٍ احْمدَ بن سَعيد الاسْفَنْجانىّ يقول قال الحسين بن منصور (هو الحلّاج) أَلْزَمَ الكلَّ الحَدَثُ لانَّ القِدَمَ له فالّذى بالجسْمِ ظُهورُهُ فالعرضُ يَلْزَمُهُ والّذى بالأَدَاةِ اجتماعُهُ فقُوَاهَا تُمْسِكُهُ والّذى يُؤلِّفُهُ وَقْتٌ يفرِقُهُ وقتٌ والّذى يُقيمُهُ غيرُهُ فالضَرورةُ تَمَسُّه والّذى الوَهْمُ يَظْفَرُ به فالتّصْوِيرُ يرْتَقِى اليه ومن آواه مَحَلٌّ أَدْرَكَهُ أَيْنَ ومن

---

1) نجزنا املاء هذه الرسالة فى اوائل سنة سبع وثلاثين واربعمائة. Aumer, Catal. Codd. Bibl. Monac., p. 35, e Commentario dedit annum 438.

كان له جنس طالبه مُكَيِّف انّه (الله) سبحانه لا يُظلّه فوق ولا
يقطعه (marg. يُقلّه) تحت ولا يُقابله حدّ ولا يزاحمه عند ولا
ياخذه خلف ولا يحدّه امام ولم يظهره قبل ولم يفنه (marg. يفته)
بعد ولم يجمعه كلّ ولم يوجده كان ولم يفقده ليس وصفه لا
صفة له وفعله لا علّة له وكونه لا امد له تنزّه من (marg. عن)
احوال خلقه ليس له من خلقه مزاج ولا فى فعله علاج باينهم
بقدمه كما باينوه بحدوثهم ان قلت متى فقد سبق الوقت كونه
وان قلت هو فالهاء والواو خلقه وان قلت اين فقد تقدّم (marg. قدم)
المكان وجوده فالحروف آياته ووجوده اثباته ومعرفته توحيده
وتوحيده تمييزه من خلقه ما تصوّر فى الاوهام (marg. الافهام) فهو
بخلافه كيف يحلّ به ما منه بدأ او يعود اليه ما هو انشأ لا
تماقله العيون ولا تقابله الظنون قربه كرامته وبعده اهانته علوّه من
غير ترقّل (marg. توقل) ومجيئه من غير تنقّل هو الاوّل والآخر
والظاهر والباطن القريب البعيد الذى ليس كمثله شىء
وهو السميع البصير et alio loco وقال الحسين بن منصور من عرف الحقيقة فى
التوحيد سقط عنه لم وكيف ۞

**Codex noster, qui 204 foll. continet, charactere Africano accuratissime exaratus est anno 645, ut patet ex annotatione ad historiam Codicis utilissima, libro praemissa. Praecedit quoque index capitum. In capite primo et in fine Codicis folia nonnulla deperdita sunt.**

**Al. ex. Caes. Vind. 1820 (apud Flügel l.l.), Monac. 136 cum Comm. (apud Aumer l.l.), Escur. 731. Editum est Káhirae anno 1284 (1867).**

**MMCCXXV. (Cod. 1035(1) Warn.)**

**منازل السائرين, opus argumenti mystici, cujus auctor est Ab-**

dollah ibn-Mohammed ibn-Ismáïl al-Ançárí al-Harawí (+ 481). Capitum indicem dedit Flügel in Catal. Codd. Vindob. III, p. 322.

Anno 909 nitide exaratus Codex. Post folium primum nonnulla folia desiderantur.

**MMCCXXVI. (Cod. 702(2) Warn.)**

Commentarius in opus laudatum a Kamálo-'d-dín Abdo'-r-Razzák al-Káschání (+ 702 s. 730), de quo vid. H.-Khal. VI, p. 129 seq.

Codex (74 foll.) currente calamo exaratus anni notâ caret.

Al. ex.: Bodl. (Uri) 351(2); Mus. Brit. 753; Caes. Vind. 1891 et 1892(1) (apud Flügel l.l.); Escur. 730; Berol. (Sprenger) 875 et 876 (Comment.).

Commentarius al-Káscháníi exstat quoque Bodl. (Nic.) 52.

**MMCCXXVII. (Cod. 520(4) Warn.)**

Tria opuscula, quorum primum (14 pagg.) ab auctore inscriptum „العقد الفريد، فى حقيقة الذكر ومعنى التوحيد" continet 1° explicationem versiculorum ex ultimo capite operis منازل السائرين, quod agit de التوحيد; 2° elucidationem verborum Abdolláhí ibn-Abdo-'l-Bárí ibn-Isâ لا اله الا الله نفى واثبات; et 3° versiculorum Scheikhi Mohammed Wefâ quae incipiunt تعالى الله قيوم البرايا. Alterum (8 pagg.) agit de vi mysticâ literarum alphabeti, imprimis ubi conjunguntur inter sese. Tertium (5 pagg.) est invocatio et laudatio Dei.

Ut ceterae hujus voluminis partes c[a] annum 915 nitide exarata sunt.

**MMCCXXVIII. (Cod. 1038(6) Warn.)**

Tractatus Fakhro-'d-díni Abu-Abdollah Mohammed ibn-Omar ar-Rází (+ 606), in quo respondet ad quaestionem de signifi-

cation verborum Hosaini ibn-Mançur al-Halládj: انا الحق. Habemus hîc versionem Persicam ex Arabico factam.

Sunt 5 pagg., medio seculo decimo scriptae.

MMCCXXIX. (Cod. 813(2) Warn.)

Tractatus in laudem paupertatis auctore Nadjmo-'d-dín al-Kobrá ar-Rází, qui anno 617 s. 618 martyr obiit. Post doxologiam cujus initium est: الحمد لله الذى يعلم مكاييل البحار, ita incipit: سالتنى وفقك الله تعالى عن شرح بعض ما اعطانى الله تعالى من نعمة الفقر وبيان ما رايتُ بعيون قلبى من احسانه الجميل علىّ خاصّة وعلى جميع عباده الفقراء عامّة فاسرعتُ الى اجابتك ونقلت عن جريدة قلبى وصحيفة خاطرى بعض ما خصّنى الله به والهمنى فاقول الخ. Sunt 12 folia exarata ut pars Codicis praecedens, vid. supra I, p. 219 ad n. CCCLXXII. H.-Khal. opusculum non commemorat. Sequuntur duae paginae quibus continetur ejusdem auctoris tractatulus, qui inscribitur مقدمة مختصرة مفيدة, et incipit a verbis الشريعة كالسفينة والطريقة كالبحر والحقيقة كالدر فمن ادرك الدر ركب فى السفينة ثم شرع فى البحر ثم وصل الى الدر الخ ۞

MMCCXXX. (Cod. 1294(5) Schult.)

Ejusdem auctoris رسالة الطرق, brevis tractatus agens de viis, quae ad Deum ducunt. Cf. Nicoll, Catal. Bibl. Bodl. II, p. 105 et H.-Khal. III, p. 418.

Alia exempl.: Bodl. (Nic.) 112(9); Petrop. 233(20).

MMCCXXXI. (Cod. 990(4) Warn.)

Excerpta ex opere عوارف المعارف auctore Schihábo-'d-dín as-Sohrawardí (+ 632), quod inde efficio, quod initio hujus frag-

menti: قال الله تعالى اقم الصلوة طرفى النهار[1] اجمع المفسّرون (المفسرين .Cod) على ان احد الطرفين اراد به الفجر وامر بصلاة الفجر واختلفوا فى الطرف الآخر الخ, librarius adscripsit: هذا منقول من كتاب عوارف المعارف من تاليف شيخ شهاب الدين سهروردى قدّس الله روحه, quod confirmatur hinc quod plus semel laudatur Abu-'n-Nadjíb as-Sohrawardí, magister Schihábo-'d-díni. Hoc caput, quod 9 folia implens, de precibus agit, excipit aliud, hoc modo inscriptum: الباب فى معرفة الانسان نفسه ومكاشفات الصوفية, cui sectio c. t. معرفة الخواطر وتفصيلها subjungitur (cf. *cap.* 56 et 57 ex indice capitum, quem dedit Flügel in Catal. Codd. Vindob. III, p. 330 seq. Haec excerpta (19 foll.) anno 850 incompte exarata sunt.

Opus عوارف المعارف exstat in Bibl. Vindob. 1896 (apud Flügel), Escur. 1234, Bonon. (ap. Hammer *Lett.* VII, p. 5), Paris. 375, Berol. (Sprenger) 767—769, coll. Tippoo 100.

MMCCXXXII. (Cod. 520(8) Warn.)

,,كتاب حلية الابدال، وما يظهر عنها من المعارف والاحوال،،, auctore Abu-Abdollah Mohammed ibn-Alí ibn-Mohammed *ibno-'l-Arabi* al-Hátimí at-Tayí (561—638), qui, ut jam H.-Khal. III, p. 108 memoravit, hoc opusculum anno 599 conscripsit, quum Taïfi esset visitans sepulcrum Abdollae ibn-Abbás, in usum amicorum Abu-Mohammed Abdollah ibn-Bedr ibn-Abdollah al-Habaschí, quem vocat عتيق ابى الغنائم بن ابى الفتوح الحرّانى[2], et Abu-Abdollah Mohammed ibn-Khálid aç-Çadafí[3]

1) V. Koran Sur. 11 vs. 116.

2) الحراتى, correxi ex Cod. 800(9).

3) Incertum est الصدفى an الصوفى legatur. Cod. 800(9) الصيرفى.

at-Tilimsáni. Sunt 12 pagg. ut cetera hujus voluminis opuscula exarata.

### MMCCXXXIII. (Cod. 800(9) Warn.)

Alterum exemplar, cum multis glossis marginalibus, sine anni notâ.

Tertium exhibet Cod. Upsal. 393(16).

### MMCCXXXIV. (Cod. 86 Gol.)

„التدبيرات الالهيه، فى اصلاح المملكة الانسانيه“, auctore eodem Ibno-'l-Arabí. Est tractatus Suficus, de quo fuse exposuit Nicoll in Cat. Bibl. Bodl. II, p. 212 sqq.[1].

Codex noster antiquus est et nitidus, vivo adhuc auctore exaratus.

Alia exempl. Bodl. (Nic.) 252(1); Upsal. (Tomb.) 393(5); MS. Bonon. ap. Hammer *Lett.* VII. p. 5.

### MMCCXXXV. (Cod. 944(2) Warn.)

Similis argumenti ejusdem auctoris opusculum, cui in Codice nostro titulus est duplex, quorum alter „كتاب عنقاء مغرب الوُعاء المختوم، على السرّ المكنون“, minus notus est neque ab Hádjí-Khal. memoratur; alter plenius sonat ita: العنقاء المغرب فى معرفة ختم الاولياء وشمس المغرب. In praefatione auctor ad opus modo descriptum (cujus titulus in Cod. ita sonat: „التدبيرات الالهيه، فى اصطلاح المملكة الانسانيه“) provocat et sententiam suam de homine microcosmo, in eo indicatam, hic ulterius se explicaturum esse pollicetur. Silentio praeterire non licet auctorem in iis quae de Jesu et de Mohammede, imprimis de illo

---

1) Observo in nostro optimo Codice semper scriptum esse مُسَدَّد, non مشدد ut conjecit Nicoll.

horum profetarum dicit, uti alphabeto mystico. Cf. Flügel in Catal. Codd. Vindob., III, p. 345 seq.

Sunt 42 folia. Aliae hujus Codicis partes exaratae sunt anno 1015.

Alia exempl.: Caes. Vindob. (Flügel) 1906; Vatic. 292 et 293 (cum Commentario Abdo-'r-Rahmáni ibn-Hasan as-Scháfií).

MMCCXXXVI. (Cod. 1058 Warn.)

Commentarius in opus celeberrimum Ibno-'l-Arabíi, c. t. فصوص الحكم. In primo folio a manu recentiore nuncupatur شرح للتبريزى, qui vero titulus falsus est et e praefatione non intellecta ortus, in qua commentator se scripsisse ait incitantibus multis, sed praesertim Schamso-'d-dín Mohammed ibn-Moslim at-Tabrízí. Verisimile autem est Commentarii auctorem esse Kamálo-'d-dín Abdo-'r-Razzák al-Káschí ibn-abi-'l-Ghanáim ibn-Ahmed (+ 730), quoniam hujus Commentarius, teste H.-Khal. IV, p. 427, et noster iisdem plane verbis incipiunt (scil. الحمد لله الاحد بذاته وكبريآئه), dum annus 735 quo Codex 1058 exaratus est, Commentarii nostri antiquitatem testatur. Videtur obstare quod H.-Khal. l.l. p. 431 Commentarium in usum Tabrízii conscriptum tamquam diversum describit, sed hac in re perperam sine dubio egit bibliographa Turcicus. Quod ibi dicit Commentarium hunc incipere verbis الحمد لله الاحدية بذاته وكبريائه, mendosum est, ut et duo Codd. nostri et ipsius lectionis الاحدية natura, quae sensum probabilem non offert, satis demonstrant.

Codex bonae notae, ut jam monui, anno 735 in urbe Haleb est exaratus. Sub finem injuriam temporis passus est.

MMCCXXXVII. (Cod. 489 Warn.)

Alterum ejusdem Commentarii exemplar, in quo eodem modo

nomen auctoris non memoratur. Codice modo descripto antiquitate superatur, anni notam adscriptam non habet.

### MMCCXXXVIII. (Cod. 750 Warn.)

"مطلع خصوص الكلم' فى معانى فصوص الحكم", introductio ad doctrinam theosoficam, auctore Scharafo-'d-dín Dawud ibn-Mahmud ibn-Mohammed al-Kaiçarí (+ 751), qui Commentarium scripturus in librum Ibno-'l-Arabii, hunc tractatum praemittendum esse censuit لما كان العلم بهذه الاسرار موقوفا على معرفة قواعد واصول (التوحيد). Divitur in 12 sectiones, quarum argumentum dedit Flügel, Catal. Codd. Vindob., III, p. 335.

Dedicatus est liber Veziro Ghijátho-'d-dín Mohammed ibn-Raschído-'d-dín.

Codex noster est recens et vitiosus. Sunt 40 folia.

### MMCCXXXIX. (Cod. 71 Gol).

Commentarius al-Kaiçarii in opus فصوص الحكم, post doxologiam incipiens, ut cetera exemplaria in bibliothecis Europaeis, verbis قول الشيخ رضه الحمد لله منزّل الحكم. Exemplar quo usus est Hádji-Khal. (IV, p. 427) praefatione commentatoris erat munitus.

Codex bene exaratus est anno 782.

### MMCCXL. (Cod. 1144 Warn.)

Tractatus brevis de angelis eorumque natura, excerptus e libro فصوص الحكم et e Commentario ad hoc opus, qui Dawudi al-Kaiçarii Commentario necessario recentior est.

Sunt 6 pagg. et dimidia sine anni notâ.

Exemplaria operis فصوص الحكم et Commentariorum : Caes. Vindob. 1898—1902 (apud Flügel); Bodl. (Uri) 170; Monac. 137

(apud Aumer, Cat. p. 36); Paris. 414, 415, 457; Petrop. 58(2); Escur. 1510, 1604; Vatican. 297(4), 294(3) (cf. Hammeri *Lettere* III, p. 13, 14); Berol. (Sprenger) 772—776. Textus Ibno-'l-Arabii cum Comm. Turc. editus est Bulak. anno 1252 (1836).

Introductio al-Kaiçarii habetur Petrop. 53 et Vindob. 1899.

MMCCXLI. (Cod. 722 Warn.)

الجانب الغربى فى حل مشكلات الشيخ محيى الدين ابن العربى", auctore Abu-'l-Fath ibn-Mothaffar, vulgo appellato *as-Scheikh al-Mekki*, qui anno 924, regnante Sultano Selimo I, in urbe Adrianopoli hunc librum composuit. Auctor hic respondere conatur ad objectiones, quas liber Ibno'l-Arabí c. t. فصوص الحكم peperit, cf. H.-Khal. IV, p. 430. De argumento hujus operis v. Flügel in Catal. Codd. Vindob., III, p. 542.

Codex anno 1027 scriptus est.

Alterum textus Persici exemplar exhibet Cod. Goth. 7(1) apud Pertsch, Cat. p. 16 seq. Versio Turcica, a Neilí Ahmed Efendi, vulgo dicto Mírzázáde facta (v. H.-Khal. VI, p. 546) exstat in Cod. Caes. Vind. 1903.

Apologiam Ibno-'l-Arabii quoque conscripsit as-Soyutí (+ 911) sub titulo تنبيه الغبى (H.-Kh. II, p. 429), quem hic possidemus in magnâ collectione tractatuum hujus auctoris infra describendâ (Cod. 474). Liber, quem al-Bakái contra doctrinam Ibno-'l-Arabii composuit, descriptus est supra inter libros dogmatici argumenti (vid. hujus Catalogi IV, p. 265).

MMCCXLII. (Cod. 800(6) Warn.)

Excerpta quaedam poëmata ex opere Ibno-'l-Arabii (+ 638) c. t. مواقع النجوم (v. Hádjí-Khal. VI, p. 234). Primum fragmentum introducitur his verbis: للشيخ الاكبر ابن العربى رضه

من مواقع النجوم والحمد لله قال فى اول الكتاب يخاطب سيدى بدر الدين الحبشى رضه

يا بدر بادر الى المنادى كُفيتَ فاشكر ضُدّ الأعادى

Sunt 16 pagg. male exaratae.

Opus integrum exhibet MS. Caes. Vindob. 1907 (apud Flügel, III, p. 346 seqq.).

### MMCCXLIII. (Cod. 800(8) Warn.)

Fragmentum exiguum (2 pagg.) ex noto opere الفتوحات المكية, cujus auctor est Ibno-'l-Arabí. Incipit اعلم ان الطريق الى الله تعالى الذى سلكت عليه الخاصّة من المومنين الخ ☆

Praecedit excerptum ex quodam opere discipuli Çadro-'d-díni (al-Konawí?).

### MMCCXLIV. (Cod. 824(11) Warn.)

Alterum ex eodem opere fragmentum, quod autem propriâ bismillâ et doxologiâ ornatum est. Agit de conversione (التوبة) et de iis quae hac opportunitate peragenda sunt. Sectio 1ma agit de precibus, 2da de cibo potuque, 3a de quaestu et fiducia (الكسب والتوكّل), 4ta de societate (الصحبة), 5ta de studio in visitandis templis (السعى الى المساجد), 6ta de cogitationibus oborientibus (الخواطر).

Sunt 10 pagg.

Exemplaria operis الفتوحات sunt Goth. 129, Bodl. (Nic.) 43, (Uri) 84, 85, 87. Paris 362 et apud Flügel (*W. J.* B. 92 *A-Bl.* S. 60). Lips. 229 (Compend.); Berol. (Sprenger) 777–782; Caes. Vindob. 1912 (apud Flügel, III, p. 361).

MMCCXLV. (Cod. 800(14) Warn.)

رسالة كنه ما لا بدّ للمريد منه eodem auctore. Argumentum est ethicum. Vid. H.-Khal. III, p. 435.

Sunt 10 pagg. sine anni notâ.

Alterum exemplar mihi non innotuit.

MMCCXLVI. (Cod. 800(15) Warn.)

رسالة نسب الخرق, de indumento spirituali virorum sanctorum tractatus, eodem, ut suspicor, auctore. Tum enim medius est inter duos alios Ibno-'l-Arabíi tractatus, tum in fine legimus auctorem indumentum accepisse a magistro suo Djamálo-'d-dín Junos ibn-abi-'l-Hasan al-Abbásí al-Kaççár in urbe Mekka, hunc autem ab Abdo-'l-Kádir ibn-abí-Çálih ibn-Abdollah al-Djílí, quem anno 561 obiisse constat. Nisi annus quo auctor operis لمعة obiit in Hadjí-Khalifa (V, p. 337) omissus esset, melius de hac re judicare possemus, hic enim quoque nostrum indumento donavit.

Sunt 7 pagg. ut praecedentia exaratae.

Est unicum.

MMCCXLVII. (Cod. 702(1) Warn.)

منارات السائرين s. plenius منارات السائرين الى الله ومقامات الطائرين بالله, opus quod Djamálo-'d-dín (Nadjmo-'d-dín) Abu-Bekr Abdollah ibn-Mohammed ibn-Scháháwer (شاهاور, in ed. H.-Khal. V, p. 495 شاهادر, VI, p. 120 الشاهانورى) al-Asadí ar-Rází, quem Dája (دايه) appellant, c^a annum 650 composuit rogatu cujusdam e discipulis. Plus triginta annis ante ediderat simile opus c. t. مرصاد العباد, id vero Persicum, occlusum iis qui hujus linguae imperiti erant.

Opus, cujus praefationem excerpsit bibliophilus Turca, divi-

sum est in 10 capita, quorum 1mum agit فــى مقام المعرفة, 2dum فى مـقـام التوحيد, 3tium فى مقام النبوة, 4tum فى مقام الولاية; 5tum فى مقام الانسان; 6tum فى مقام الخلافة, 7mum فــى مقامات الانسان عـنـد رجوعه الى ربّه, 8vum فى مقامات النفس ومعرفتها, 9num فى معرفة القلب ومقاماته فى التصفية et 10mum فى معرفة الروح ومقاماته ✿

Codex currente calamo exaratus anni notâ caret.

Al. ex. fortasse Dresden 198(19); Berol. (Sprenger) 888.

### MMCCXLVIII. (Cod. 308(2) Warn.)

Collectio poëmatum, epistolarum, tractatulorum cet. Scheikhi celebratissimi inter Sufios Jemenidas Çafío-'d-dín Abu-'l-Abbás Ahmed ibn-'Alawán al-álim ar-rabbání, qui anno 665 obiit et cujus sepulcrum in pago Jafros (يَفْرُس), circiter unius diei distantiâ ab urbe Taizz (تَـعِـزّ), certe adhuc medio saeculo nono a multis frequentabatur, teste libro Tabakát al-Khawáçç (Cod. 579 vid. supra II, p. 300), ubi vita ejus exstat. Poëmatum argumentum plerumque est amor mysticus, raro tamen ita tractatur ut dubium oriri possit utrum carmen religiosum an eroticum sit. Non sine arte pacta sunt. Epistolae in hac collectione exstant ad viros sequentes: Schamso-'d-dín Alí ibn-Jahjá; al-Fakíh Mohammed ibn-Alí al-Hadhramí; Sultanum al-Melik al-Mançur, illum fortasse qui ab anno 655 ad 657 in Aegypto regnavit; Dawud an-Nassádj; Abdo-'l-Wahháb ibn-Raschíd (s. Roschaid); Alí ibn-Omar ibn-Ahmed ibn-Abdollah ibn-Abdo-'l-Wahháb; praeter epistolas apostolicas ad fratres omnes, ad socios qui in Dhu-'s-Samkar [1]) degunt cet. E tractatulis unum

1) Merácid in v. سمكرة habet. Apud Jacut desideratur.

tantummodo laudo in quo sermo est de Abu-Abdollah al-Hosain ibn-Mançur al-Halládj.

Codex anno 1029 bene exaratus est.

MMCCXLIX. (Cod. 1515(7) Testa.)

مدارج السالكين ومنهج المحققين فى علم التصوف, auctore Abdo-'r-Rahmán ibn-abí-Bekr al-Hawwát an-Naftí (الحوات النفطى), qui rogatu amicorum ut viam salutis iis describeret, hunc tractatum composuit. Primum quod opus est, dicit, est vitam instituere secundum praecepta confessionis imámi al-Mahdowí c. t. العقيدة المرشدة (cf. H.-Khal. IV, p 244), deinde primus gradus est conversio (التوبة) et sic porro. Auctor septimo saeculo floruit, nam laudans Abu-'l-Hasan as-Schádhelí (+ 656) eum vocat سيدى, addens نفعنا الله به, quae de mortuo adhiberi vix poterant. Sunt 11 pagg. sine anni notâ. Sequuntur precatio, cujus auctor dicitur as-Scháfëí et oratio (خطبة) Scheikhi Omar al-Askarí al-Hamawí.

MMCCL. (Cod. 709 Warn.)

„طرق الوسائل، وتملق السائل“, opus asceticum, auctore Izzo 'd-dín Abdo-'s-Salám ibn-Ahmed *ibn-Ghánim al-Mokaddasí* (+ 678). Non ab Hádji-Khal. memoratur, quapropter pauca describam e praefatione: وبعد فان الله سبحانه وتعالى لا يشبه خلقه فلا نشبهه بخلقه لا ذاته كذواتهم ولا صفاته كصفاتهم استحالت الذات القديمة ان تكون لها صفة محدثة كما استحالت الذات المحدثة ان تكون لها صفة قديمة فلا يقاس الخالق بالخلق كما لا يقاس الباطل بالحق ثم ان الله سبحانه وتعالى وصف نفسه بالقرب من عبده بقوله الخ. Sequuntur aliquot verba Kora-

nica. Deinde pergit: فهذا كلّه وامثاله يستحيل ان يكون محسوسًا او مقبوسًا او يقرب العبد منه باتّصال او يبعد عنه بانفصال او يتّصف بصفاته بامتزاج وازدواج او يكونَ الحقُّ مع عبده او عنده بحلولٍ او حصولٍ او تكون محبّة الحقّ لعبده بميل حسّيّ او شوق جنسيّ او استهلاك ذاتيّ او استغراق صفاتيٍّ او ان يكون وسع القلب الربَّ وسعًا ذاتيًّا او يكون نظره اليه بكيف او اتيانه اليه باين او يكون خلق الله عزّ وجلّ آدم على صورته بمعنى الصورة الجسمانية او البشرية فاذا كان كذلك وجب كشف ذلك وايضاحه والكلام فيه بما يقرب الى الافهام ويزيل الايهام ونضرب لكلّ شيء منه امثالاً تدلّك على من ليس له مثال الخ.
Allegorici hujusmodi dicendi exemplum cum lectore communicare lubet: قال رحمه الله لمّا اراد سلطان المحبّة ان يدخل كعبة وسعنى قلب عبدى المومن عهد الى ابرهيم العلوم واسمعيل العقول ان طهّرا بيتى فكان ابرهيم العلوم يرفع قواعد العمل واسمعيل العقول يقعد قواعد الامل فلما طهّراه من اصنام الشهوات واوثان الشبهات وكسرا فيه هُبَل الهوى وقمعا جاهلية الجهل ونظّفاه من كثائف كفر النفس وشركها وشكّها وشرّها وسَفهها وزهوها وسهوها وحرصها ونقصها وعيبها وريغها قاما على صفا الصفوة ومروة المروة يناديان ربّنا تقبّل منّا فلما نظر ربّ البيت الى بيته وقد طهّر من سواه وظهر فيه نور هداه نادى من عرفات كنت كنزًا لم اعرف فى جيوش توحيده وركب ايمانه ألَا وإنّ ربّكم قد بنى لكم بيتًا فحجّوه فاجابه لسان الشوق من جبل ابى قبيس الذوق الخ.

Codex anno 963 nitide exaratus est. Olim eodem volume continebantur opera وصيّة حجّة et اداب الملوك لارباب السلوك الاسلام الغزالى۞

Alterum exemplar est Escur. 735(2).

MMCCLI. (Cod. 462 Warn.)

«الفتاوى الصوفية، فى طريق البهائيّة»، auctore Fadhlo-'lláhi ibn[1]-Mohammed ibn-Aijub Imámo Hanafitâ, qui originem ad regem Mádju (ماجو + 687; hinc الماجوى in titulo) refert. Hic vir doctus ante aliquot annos composuerat duo opera عمدة الابرار et عمدة الاخيار[2], continentia traditiones et historias, de quaestionibus quas faciunt Sufii (اهل التصوف) de cultus divini officiis (الصلاة والدعوات والافعال والاذكار). Deinde vero multa nova reperiit, ita ut consilium caperet supplementi addendi ad alterum horum librorum, mox autem vidit melius esse ex totâ materie nunc congestâ novum conficere opus, quod fecit, primum sub titulo المعتمد والمعتقد, deinde sub eo, quo inclaruit. Epitheton البهائيّة addidit in honorem magistri sui Baháo-'d-dín Abu-Mohammed Zakarija al-Moltání al-Koraschí al-Asadí, qui magnum Scheikhum Schihábo-'d-dín as-Sohrawardí (+ 632) discipulus comitatus erat et anno 666 obiit, ut in Façlo 2$^{do}$ capitis 2$^{di}$ legimus. In eodem libri parte auctor narrat se amiculum Sufiorum (خرقة المشائخ الصوفية) anno 716 in itinere ex urbe Dehlí Moltánum accepisse a Scheikho Rokno-'d-dín Abu-'l-Fath Faidho-'lláhi, quem anno 735 obiisse ibidem docemur[3].

Codex anno 1048 exaratus est.

Alterum exemplar Bodl. (Uri) 321.

---

1) Male in ed. H. Khal. IV, p. 254, 360 بن omissum est.

2) In H. Khal. IV, p. 254 vs. 4—6 inde a verbis ولــه عمدة ad ذلك الكتاب non suo loco sunt collocati. Reponantur vs. 2 post ماجو.

3) Apparet hinc falsum esse quod Nicoll in add. ad exemplar Bodl. p. 577 dicit, auctorem obiisse anno 834.

MMCCLII. (Cod. 989(6) Warn. fol. 76—83).

Pars operis c. t. وقائع الخلوة[1], auctore Saifo-'d-dín Sa'íd ibno-'l-Motahher (المطهر) ibn-Sa'íd al-Bákhrazi, qui hocce opus suum dedicavit magistro suo Ahmed ibn-Omar ibn-Mohammed ibn-Abdollah as-Súfí الخيوقى. Est argumenti apocalyptici. Partem primam totam habemus, quae continet visiones fol. 77 r.—79 r. cum Commentario fol. 79 r.—81 r.

In media parte secundâ abrupte desinit.

Ex subscriptione partis primae patet Codicem anno 694 exaratum esse ab Abdollah ibn-Mohammed al-Artudjí.

MMCCLIII. (Cod. 275 Warn.)

„كِتَابُ التَّنْوِيرِ فى إِسْقَاطِ التَّدْبِيرِ“, cujus auctor est Tádjo-'d-dín Abu-'l-Fadhl Ahmed ibn-Mohammed ibn-Abdo-'l-Karím *ibn-'Atái-'lláhi al-Iskanderi* as-Schádhelí (+ 709). Consilium hujus operis conscribendi his proëmii verbis declarat, nempe ut ostendat: انه لا يصل عبد الى الرضا الّا بالرضا، ولا يبلغ الى صريح العبودية الّا بالاستسلام الى القضا„ وان من طلب الوصول الى الله فحقيق عليه ان ياتى الامر من بابه، وان يتوصّل[2] اليه بوجود اسبابه„ واهمّ ما ينبغى ترك الخروج عنه، والتطهير[3] منه„ وجود التدبير، ومنازعة المقادير„. In exemplari operis, quod possidebat Hádjí-Khalifa (cf. Nicoll in *A. et E.* ad Catalogum Urii, p. 568) legebatur auctorem librum composuisse

1) In primo folio titulus habetur واقعات سيف الدين الباخرزى et وقائع الخلوتية واشارات العينية. In initio autem partis alterius legimus الجزء الثانى من دروص (sic) وقائع الخلوة.

2) Cod. 329 يتوسل.

3) Cod. 329 والتطهر.

Meccae, deinde recognovisse et auxisse Damasci. Comparatis duobus exemplaribus quae nos possidemus, statim apparet Codicem 329 textum locupletiorem exhibere quam Codex 975, utraque igitur redactio ad nos pervenit. Ordinem certum divisionis non secutus est auctor, scribens ut quaeque menti sese obtulerant. Saepissime laudantur magister ejus Abu-'l-Abbás al-Morsí hujusque doctor Abu-'l-Hasan as-Schádhelí († 656), alii.

Codex est bene exaratus, anni notâ caret.

MMCCLIV. (Cod. 329(1) Warn.)

Idem opus, sed ut dixi, editio ejus altera aucta.

Anno 872 descriptus est Codex pro bibliotheca nobilis cujusdam. Al. ex: Mus. Brit. 755(4); Escur. 1369, 1370; Havn. 73; Gotha 67; cf. Bodl. (Uri) 107(7).

MMCCLV. (Cod. 329(2) Warn.)

Ejusdem auctoris poëmata, quorum primum responsum est die quarto mensis Ramadháni anni 686 datum ad epistolam quam Makíno-'d-dín al-Asmar Alexandriâ al-Káhiram ad eum scripserat.

Sunt 6 pagg. ab eodem librario, qui totum volumen descripsit, exarata.

MMCCLVI. (Cod. 329(3) Warn.)

Dicta illustria Scheikhi Abu-'l-Hasan as-Schádhelí i. e. Nuro-'d-dín Abu-'l-Hasan Alí ibn-Abdollah ibn-Abdo'l-Hamíd al-Maghrebí as-Schádhelí al-Jamaní († 656 v. H.-Khal. III, p. 57), collecta, ut videtur, ab Ibn-'Atáï-'lláhi, discipulo discipuli hujus Abu-'l-Hasan, nempe Abu-'l-Abbási al-Morsí.

Sunt 10 pagg.

MMCCLVII. (Cod. 329(4) Warn.)

Excerpta e libro Ibn-'Atáï-'lláhi c. t. لطائف المنن quem

conscripsit de virtutibus et miraculis Scheikhi sui Abu-'l-Abbás al-Morsí i. e. Schihábo-'d-dín Abu-'l-Abbás Ahmed ibn-Omar al-Ançarí ex urbe Hispanica Murcia (+ 686) hujusque praeceptoris Abu-'l-Hasan as-Schadhelí; vid. H.-Khal. V, p. 319 et al-Makkarí I, p. ٥٨٧ [1]. Exemplaria hujus operis sunt in bibl. Escur. 1747, 1803 (Casiri II, p. 168, 339).

Sunt 26 pagg.

MMCCLVIII. (Cod. 329(5) Warn.)

Ibn-'Atáï-'lláhi testamentum (وصية) ad fratres Alexandriae i. e. cohortatio ad pietatem et amorem Dei. 2 pagg.

MMCCLIX. (Cod. 329(6) Warn.)

Precatio (حزب) Scheikhí Abu-'l-Abbás al-Morsí. 7 pagg.

MMCCLX. (Cod. 329(7) Warn.)

Tria opuscula 1mum من بعض مرای الشيخ visionis Ibn-'Atáï-'lláhi continens descriptionem (1 pag.); 2dum رسالة لبعض الفقراء, epistola, quam discipulus Ibn-'Atáï-'lláhi scripsit anno 707 ad fratres postquam cum Scheikho iter fecerat al-Káhirâ Alexandriam et Damyátam (ضمياط) et qua significavit quae in hocce itinere viderat (11 pagg.); et 3tum quod inscribitur رسالة سيدنا الشيخ الامام العالم العارف شهاب الدين احمد بن سيدنا الشيخ ابو (sic) الحسن الشاذلى رضهما كتب بها الى بعض اصحابه بالجيزة, quem Abu-'l-Hasani filium cave ne confundas cum Schihábo-'d-dín Ahmed ibn-Omar Abu-'l-Abbás al-Morsí, ut videtur fecisse H.-Khal. V, p. 319 ubi *Ali* pro *Omar* perperam legitur. (3 pagg.).

---

1) Excidit ibi vs. 2 vocula ابن.

MMCCLXI. (Cod. 821 Warn.)

Commentarius in ejusdem auctoris opus, c. t. الحكم العطائية, quem conscripsit Mohammed ibn-Ibrahim ibn-Abbád an-Naffazí az-Zandí[1]. Sic legimus in exordio operis, in titulo auctor Commentarii vocatur Alí filius hujus Mohammedis. Utri tribuendus sit, efficere nequeo. Hádji-Khalifa (III, p. 83) perperam ex uno duos Commentarios creavit, seductus specie; nam idem Commentarius cum textu admixto التنبيه inscribitur et incipit verbis الحمد لله المنفرد بالعظمة والجلال الخ. Collatio Catal. Bibl. Escur. I, p. 222 pro Mohammede facit.

Sunt 258 foll. anno 1061 bene exarata.

Ex. operis الحكم sunt: Mus. Brit. 755(5); Bodl. (Uri) 155(3); Paris. 419; Monac. 893(15) apud Aumer Cat. p. 407; Caes. Vindob. 1845 (ap. Flügel Catal. III, p. 276, cf. Hammer *Fundgruben* 155) et Escur. 759(2). Cum Comm. Ibn-Abbádi Escur. 736(1); Reg. Paris. 313 (ap. Flügel in *W. J.* B 92 *ABl.* S. 46); Berol. (Sprenger) 798; Monac. 138 (ap. Aumer Cat. p. 36). Cum al. Comm. Gotha 132; Escur. 734; Monac. 139 apud Aumer l.l. p. 37; Mus. Brit. 755(7).

MMCCLXII. (Cod. 1890(2)).

Tractatus de viris sanctis Deique amicis universe, et speciatim de viro venerando Ahmed ibno-'r-Rifáï et de *idjáza* datâ viro Schamso-'d-dín Mohammed ibn-Borháno-'d-dín Ibrahím ibn-Schihábo-'d-dín Ahmed *al-Ghazulí* (Cf. H.-Khal. III, p. 388?), quum pallium (خرقة) Rifaïticum indueret; deinde de pallii hujus genealogia, quae ad Profetam usque per seriem virorum sanctorum refertur. Sunt 13 pagg. Sequuntur locus e Ghazálíi libro احياء علوم الدين de scientia et versiculi inter quos lasci-

1) Ita Codex. Flügel vult Rondí, ad. H.-Khal. VII, p. 711.

viores. Nonnulli auctorem habent Abdo-'l-Kádir al-Gíláni (4 pagg.).
De origine Codicis vid. supra ad n. MDCCXLIX.

MMCCLXIII. (Cod. 1890(6)).

المقامة الصوفيّة, auctore Ibno-'l-Wardí (+ 749). Incipit حكى انسان من معرّة النعمان قال سافرتُ الى القدس الشريف سفرَ متنكّرٍ بعد التعريف فاجتزتُ فى الطريق بوادٍ الخ. Fingitur Maärrensi huic obviam venire decem viros inter quos unus ceteris praestantior, quocum sermonem habet de Sufismo, de moribus et doctrina sectariorum, et de nomine eorum, derivando vel a صوفانة, nomine leguminis lanugine tecti (ذات زغبة; Freytag *variegatum albo nigroque*), vel a Kaabae famulis, صوفة appellatis, vel a صوفة القفا, nomine crinium in occipite hominis, vel denique a nomine lanae.

Sunt 11 pagg. sine anni notâ. Sequuntur 2 pagg. similis argumenti.

De origine Codicis vid. supra ad n. MDCCXLIX.

MMCCLXIV. (Cod. 816(2) Warn.)

شجرة اليقين فى علم التصوف, opusculum, cujus auctorem esse suspicor Dawud ibn-Mahmud ibn-Mohammed al-Kaiçari (+ 751), quoniam inter duos ejusdem Commentarios in Ibno-'l-Fáridhi poëmata (supra II, p. 71 et 74) invenitur, et ab eodem qui Commentarium in al-Khamríjam exaravit, uno quasi tenore scriptum sit. Post doxologiam sic incipit: وبعد انى نظرت الى الكون وتكوينه والى المكون وتلوينه فرايت الكون كله شجرة اصل بذرها من حبة كن قد لقحت كاف الكونية بلقاح نون التحبية نحن خلقناهم الخ

Anni notâ caret. Alterum exemplar mihi non innotuit.

MMCCLXV. (Cod. 1011 Warn.)

Inscribitur opus, cujus auctor me latet, tum in tituli pagina tum in praefatione اكسير السعادات فى اسرار العبادات. Est tractatus Suficus (رسالة من علم التصوّف) quem his verbis introducit auctor فان الله تعـ خالق ما كان وما يكون قال وقوله الحق وَمَا خَلَقْتُ ٱلْجِنَّ وَٱلْاِنْسَ اِلَّا لِيَعْبُدُونِ مَا أُرِيدُ مِنْهُمْ مِنْ رِزْقٍ وَمَا أُرِيدُ أَنْ يُطْعِمُونِ ومن كان من اولى الابصار والالباب فلا يشكّ فى قوله تعـ اِنْ أَحْسَنْتُمْ أَحْسَنْتُمْ لِأَنْفُسِكُمْ وَاِنْ أَسَأْتُمْ فَلَهَا ولا يرتاب وقد بدا لى بالهام من الله تعـ ان احقّق هذا الباب على طريقة اهل الكشف من الاولياء والاحباب ولا اخالف فى ذلك قواعد علماء الرسوم والاصحاب الخ

Praecedit introductio tripartita, 1ª pars فى بحث الوجود, 2ᵈᵃ فى حكمته, 3ª فى ترتيب الايجاد. Ipsum opus dividitur in لوائح, singulas لائحة غيبيّة inscriptas. Subscriptio est تمّ الكتاب بعون الله الملك الوهّاب فى اواسط شهر شعبان المعظم لسنة ٨٣٦. Subit fortasse in H.-Khalifae opere I, p. 391 in titulo اكسير السعادة فى التصريف, ultimum vocabulum corruptum esse ex التصوف; quod si ita se haberet, auctorem hujus operis e libro bibliographi Turcae cognoscere possemus.

In bibl. Dresd. (n° 7) hujus libri asservatur versio Turcica.

MMCCLXVI. (Cod. 919 Warn.)

Commentarius quem Abdollah as-Símáwí al-Iláhí († 896) conscripsit in opus الواردات quod de theosophia agit et cujus auctor est Ibn-Kádhí Samawna (كمال الملة والدين محمود بن القاضى المشتهر بالشيخ بدر الدين) qui circa annum 818 diem

obiit. Commentarii titulus est كشف الواردات لطالب الكمالات.

Codex nitide exaratus secundum annotationem lectoris cujusdam continet 145 foll.

Anni nota deëst.

Alterum exemplum sive operis الواردات sive Commentarii in Europa non exstat, quantum scio.

MMCCLXVII. (Cod. 762(2) Warn.)

„كتاب تحفة الحبيب، فيما يبهجه فى رياض الشهود والتقريب“ auctore Schamso-'d-dín Mohammed ibn-'Alawán (H.-Khal. II, p. 226 (على) Hamatensis, qui secundum H.-Khal. II, p. 226 hunc librum anno 943 conscripsit. Cujus loco opinor legendum esse 843. Nam in primo Codicis folio possessor quaedam annotavit quibus bibliopegae manus partim pepercit, nempe ولد الشيخ الا . . . . ابن محمد بن محمد بن علا . . . . فى شهر شعبان عا . . . . . . . وسبعين وسه . . . . . . وجدته بخطه . . وتوفى سنة ٨٥٠. Licet enim quis de ٨ illa indistincte scripta dubitare posset, certum videtur, supra وسه supplendum esse ad وسبعمائة.

Codex anno 968 currente calamo exaratus est. In eodem volumine antea fuit cum ارشاد القاصد الى اسنى المقاصد للخزرجى الانصارى ✿

Alterum exemplar mihi non innotuit.

MMCCLXVIII. (Cod. 401(1) Warn.)

Opus imperfectum c. t. „ارتياض الارواح، فى رياض الافراح“ ab auctore Abdo-'r-Rahmán ibn-Mohammed ibn-Alí ibn-Ahmed al-Bastámí compositum anno 844, postquam librum suum رشح عيون الحياة absolverat. E quinque capitibus superest tantum prior pars (مسلك) primi capitis, quae continet catenam traditionis formulae لا اله الا الله inde a prophetâ ad auctorem.

Ferme 18 pagg. fol. minor. constans liber, abrupte desinit.

MMCCLXIX. (Cod. 401(2) Warn.)

„كتاب رشح عيون الحياة ‛ فى شرح فنون الممات„, eodem auctore, 3 capitibus constans. Primi titulus est „فى فنآء فى مهيّج الاشجان ‛ فى ذكر السالك„, secundi „فى فنآء المسالك فى مهيّج من فارق الاحباب والاوطان„, tertium inscribitur „القلوب ‛ الى لقآء المحبوب„. Opus multa continet ad artes magicas referenda (v. c. de parandis amuletis (تصريف) et talismatibus), multa chronologica, multas historiolas, arctissime vero haec omnia cum theologicis cohaerent. Opus anno 843 conscriptum 38 implet folia (terminatur fol. 39 r. med.). Sequuntur 10 folia (fol. 39 r.—49 r.) opuscula varia et annotationes ejusdem auctoris continentia, peculiari commemoratione, me judice, indigna. Unum vero locum describam, qui nos docet cujusnam naturae fuerit doctrina auctoris (f. 40 r.): ولقد سمعت واحدًا من اكابرهم وقد راى ما فتح الله به علىّ من العلم به سبحانه من غير نظر ولا قرآءة بل من خلوة خلوتُ بها مع الله ولم اكن من اهل الطلب فقال الحمد لله الذى انا فى زمان رايت فيه مَن اتاه الله رحمة من عنده وعلّمه من لدنه علمًا والله يختصّ برحمته من يشآء والله ذو الفضل العظيم ۞

MMCCLXX. (Cod. 401(4) Warn.)

„كتاب قِبلة حدود البوانى ‛ فى قُبْلة خدود الغوانى„, opusculum tripartitum eodem auctore, de situ Kaäbae et de Kibla, figuris illustratum. E proëmio apparet consilium auctoris hoc fundamento uti doctrinae suae mysticae explicandae. Sed Codex octavâ paginâ abrupte desinit. Compositum est anno 845.

**MMCCLXXI.** (Cod. 520(3) Warn.)

„الفتوحات الربانيه فى مزج الاشارات الهمدانيه“, opus anno 889 compositum, ab auctore cujus nomen me latet. In annotatione ex autographo ejus descriptâ, appellatur الشيخ الامام الحبر الهمام النورى السقطى الحجازى, et in alia نور الدين. Est Commentarius textui admixtus (ممزوج) in opus الاشارات, cujus auctor vocatur Bábá [1] Táhir al-Hamdání, de quo doctore nil invenire potui. Ad quem Commentarium conscribendum auctorem impulerunt preces iteratae amici cui nomen Abu-'l-Beká Mohammed ibn-Ali al-Ahmedí as-Scháfií, ejusdem cujus manui hoc exemplar et omnia opuscula quae hoc volumine continentur, debemus. Descripsit hic, qui et ipse auctor erat (v. Ḥ.-Khal. I, p. 359, II, p. 532, IV, p. 215, 458, 544), suum exemplar anno 915 ex ipso auctoris tunc adhuc viventis autographo, addens annotationes in eo obvias horum virorum: Abdo'r-Rahími ibn Borháno-'d-dín Ibrahím al-Abnásí Scháfeïtae; Zakaríjae ibn-Mohammed al-Ançárí Scháfeïtae; Habíbo-'lláhi al-'Odjmí; ipsius Abu-'l-Beká al-Ahmedí et Ibrahími Abu'l-Makárim ibn-Wafâ. Ex iis quae ipse Abu-'l-Beká in autographo annotaverat, haec describo: قال ذلك وكتبه من ليس له اسم يذكر ولا علم ينشر وهو الذى نقل عنه الشارح حكاية بئر زمزم فى طلوع نسخة الاصل بغير تلك فى الورق وهذه النسخة قد اتحفنى بها شيخ الاسلام احمد بن شيخ الاسلام اسماعيل المقرئ صاحب عنوان الشرف والروض والارشاد وغير ذلك وقد اخبرت سيدنا الشارح بذلك وهو اخبار عن الواقع ولعلّ ما وقع كان سببًا لاظهار هذا الشرح الجامع المانع الخ. Quod ad argumentum operis attinet,

1) In praef. ببابا.

dici potest dissertatio Sufica de themate انما يخشى الله من عباده العلماء (tantum timent Deum e servis suis vere scientes) sive من لم يخش الله فليس بعالم (qui non timet Deum non est sciens).

Nitide est exaratum. Est unicum.

MMCCLXXII. (Cod. 702(3) Warn.)

رسالة فى التصوف s. plenius, ut in ipso opere, رسالة فى تحقيق مذهب الصوفية والمتكلمين والحكماء المتقدمين وتقرير قولهم فى وجود الواجب لذاته وحقائق اسمائه وصفاته وكيفية صدور الكثرة عن وحدته من غير نقص فى كمال قدسه وعزّته وما يتبع ذلك من مباحث اخر يؤدّى اليه الفكر والنظر والمرجوّ من الله سبحانه ان ينتفع بها كلّ طالب منصف ويصونها عن كلّ متعصب متعسّف. Auctor est notus poëta Nuro-'d-dín Abdo-'r-rahmán ibn-Ahmed *al-Djámi* (+ 898). Specimina pauca ex hoc tractatu dedit Tholuck in opusculo *die speculative Trinitätslehre*, Berlin 1826, p. 5—8. H.-Khal. opusculum nostrum non tantum memorat sub titulo رسالة فى التصوف (III, p. 378) et fortasse sub رسالة فى الوجود (III, p. 452), sed imprimis sub titulo الدرة الفاخرة (III, p. 207 seq.). Vid. porro Flügel, Catal. Codd. Vindob., III, p. 409 seq.

Codex (7 pagg.) anni notâ caret. Sequitur alius ejusdem auctoris tractatus (1 pag.).

MMCCLXXIII. (Cod. 723(2) Warn.)

Alterum exemplar (18 pagg.) sine anni notâ.

MMCCLXXIV. (Cod. 997(1) Warn.)

Tertium exemplar (16 pagg.) sine anni notâ.

Quartum ex. in bibl. Vindob. 1930 (Flügel l.l.).

MMCCLXXV. (Cod. 768 Warn.)

Commentarius in poëma «سلك العين لاذهاب الغين», ab Abdo-'l-Kádir ibn-Omar ibn-Habíb aç-Çafadí confectum, auctore viro docto Alí ibn-'Atíjah ibn-Hasan al-Hamawí, 'Alawán (علوان) cognominato (+ 922). Vid. H.-Khal. II, p. 90 et III, p. 609.

Commentator pauca praemisit de vitâ et virtutibus poëtae Abdo-'l-Kádir, imprimis auctoritate magistri Abu-'l-Hasan Alí ibn-Maimun al-Maghribí al-Fásí, qui anno 905 haec ipsi narravit, quique Abdo-'l-Kádirum in urbe Çafad adierat. Poëma ipsum paraenetici argumenti Commentario insertum est.

Codex anno 1013 scriptus est.

Alia exempl.: Bodl. (Uri) 331(1), fragmentum tantum poëmatis absque Commentario continens, 1242(1) et 1247, qui ambo ipsum nostrum Commentarium exhibent, ut et Berol. (Sprenger) 837.

MMCCLXXVI. (Cod. 824(5) Warn.)

Opusculum c. t. قواعد الصوفية, auctore Mohammed ibn-Omar al-Ghamrí al-Wáseti, qui nono aut decimo saeculo vixit. Quod hinc efficitur. Inter auctores quos laudat [1] est ille qui conscripsit رسالة النور, anno 819 mortuus (v. Hádjí-Khal. III, p. 450) atque Abu-Jezíd al-Bastámí qui c^a annum 850 obiit, et Codex noster, »primum exemplar quod ex autographo descriptum est'' anni notam gerit 1007. Divisit suam compositio-

---

1) Sectio في ذكر اصحاب الصفة incipit verbis: وقال سيدى عبد العزيز الديرينى رحمه فى كتابه طهارة القلوب, unde apparet recte Flügelium dubitasse de lectione الدهرى in ed. H.-Khal. IV, p. 172 (cf. VII, p. 789). Restituatur ergo الديرينى et suppleatur annus quo obiit nempe 694.

nem in sectiones (فصول), quarum prima agit de derivatione nominis التصوف, secunda conditiones theosophiae exponit, tertia scientias theosophiae circumscribit, et sic porro.

Sunt 37 foll. nitide exarata.

MMCCLXXVII. (Cod. 520(1) Warn.)

Duo opuscula auctore Mohammed ibn-Omar as-Schádhelí al-Maghribí, incertae aetatis, quorum prius (16 fol.) titulo ornatum non est. Post doxologiam haec sequuntur اما بعد فهذه ورقات اثبت فيها ما فتح الله به من لطائف المعارف والحكم جمعتها على غير ترتيب معتبر فليعلم اعلم ان الخ. Alterum inscribitur ،،ادب المريد لمراتب الملوك، بمطالعة لنظم السلوك،، et agit de amore mystico (4 pagg.). Huic subjunguntur varia ejusdem auctoris dictata, imprimis explicationes versuum Omaris ibno-'l-Fáridh (+ 632) usque ad fol. 34 v.

Codex teste subscriptione opusculi sequentis, anno 918 nitide est exaratus ab Abu-'l-Beká al-Ahmedí (v. supra ad n. MMCCLXXI).

MMCCLXXVIII. (Cod. 520(2) Warn.)

،،كتاب التفريد، بضوابط قواعد التوحيد،، auctore (v. H.-Khal. II, p. 328) Abu-Ishák Ibrahím ibn-Mahmud as-Schádhelí, qui hoc opusculum anno 905 composuit ut satisfaceret rogatui quorundam, qui ei anno 893 dum Meccae erat, quaestionem posuerant. Hisce verbis argumentum suum introducit: فقد كان يختلج فى القلب من مواهب الربّ فى الذكر معان، تتعلق بكيفيات الوصول الى حضرات القرب والتدانى،، وحدانية الوجود، فردانية الشهود،، لا تبعد اذا بيّنت عن كل قاص ودانى غير انها فى نفسها غريبه، وتاثيراتها فى القلوب عجيبه،، ولم اعثر على غالبها من احد من الخلق وانما هى منه من الحق اظهرها على

لسان، وحلى بها من شاء من حبّى وخلانى،، ولما راوها وراعوها، وبالاعتناء والمعاناة عانوها،، انصبغت بها منهم القلوب، واشرقت اراضيها بانوار المحبوب،، فاحبّوا ان تكون مثبتة فى اوراق، لما رقّ لهم من معانيها وراق،، ۞

Sunt 15 pagg. Sequuntur لطيفة agens de vi mystica litterarum in certis Dei verbis (30 pagg.) et homilia de Dei praestantia (5 pagg.) ejusdem manûs.

Anno 918 nitide est exaratum.

## MMCCLXXIX. (Cod. 997(9) Warn.)

رسالة فى العلم اللدنى, quam epistolam secundum H.-Khal. III, p. 420 Abu-'l-Hasan Alí ibn-Ahmed ibno-'l-Hasan scripsit ad an-Nadjíbí. Incipit post doxologiam اعلم اعانك الله ان واحدًا من اصدقائنا حكى عن بعض العلماء انّه انكر العلم الغيبىّ اللدنىّ الذى يعتمد عليه المتصوّفة وينتمى اهل الطريقة اليه الخ. Laudantur in praefatione opera Koschairii (+ 465), Thaálibii (+ 430) et Mawerdii (+ 450). In 6 sectiones (فصل) dividitur et 28 pagg. implet.

Exarata est ut tractatus praecedentes, qui annis 921—926 descripti sunt. In fine auctor alteram epistolam promittit فى شرائط التفكر.

## MMCCLXXX. (Cod. 1018(1) Warn.)

بيان اسرار الطالبين s. بيان لاسرار الطالبين s. بيان الاسرار للطالبين, cujus auctor a H.-Khalifa appellatur Molla noster Jusof. Est tractatus فى التصوّف divisus in 24 sectiones (فصل) secundum numerum litterarum in formula لا اله الّا الله محمّد رسول الله et numerum horarum diei et noctis unius. Prima inscribitur

فى بيان ردّ الانسان secunda ,فى بيان رجوع الانسان الى وطنه ,فى بيان حوانيت الارواح فى الجسد tertia ,الى اسفل السافلين quarta فى بيان عدد العلوم et sic porro.

Codex anno 934 bene exaratus est.

MMCCLXXXI. (Cod. 997(12) Warn.)

Alterum exemplar sine anni notâ.

MMCCLXXXII. (Cod. 1533 Testa.)

البحر المورود فى المواثيق والعهود, auctore Abdo-'l-Wahháb ibn-Ahmed ibn-Alí ibn-Ahmed ibn-Mohammed Kamálo-'d-dín Zarkâ ibn-Musá ibn-Maulája Abu-Abdollah as-Zoghlí (الزُّغْلى), Sultani Tilimsáni, comitis Scheikhi Abu-Madjan Scho'aib (circa 600). Auctorem nostrum obiisse anno 960 discimus ex Hádjí-Khalifa, II, p. 22, ubi quoque legimus hunc librum quum quaedam orthodoxiae repugnantia contineret, tumultum in urbe Káhira movisse. Post doxologiam sic incipit: اما بعد فهذه عهود ومواثيق اخذت علينا من ساداتنا ومشائخنا الذين عاصرناهم وبعضها اقتبسناه من نور صفاتهم واخلاقهم المحمدية حسب ما قدرنا عليه من التخلق الخ — وغالبها من هؤلاء الاعيان العشرة وهم الخ — وها انا ذاكر للاخوان الصادقين جملة صالحة يمكن لاحدهم التخلق بها او ببعضها اذا انقاد لشيخه وسلم له وفنى مراده فى مراده بحيث لو قال له ارم نفسك فى البئر او اخرج عن جميع ما لك لفعل ذلك بسهولة من غير توقف وفى المثل السائر لا تقصر قصارة هواء وتتكل على الشمس ثم اختم العهود ان شاء الله تعالى بخاتمة خاصة بعهود اهل حضرة الله عزّ وجلّ مما لا يمكن لاحد التخلق بها الا ان حقّ له قدم الولاية

المحمدية وصار من اعيان تلك الحضرة فمن اراد التخلق بهما فليخدم نعال الاولياء الموجودين فى عصره حتى يفطموه عن محبة الدنيا وادناسها ويتساوى عنده الذهب والزبل على حدّ سواء الخ ✿

Unde satis apparet quae est natura operis.

Sunt 15 korrásae, quae singulae 10 foliis constant.

Anni nota est 1080.

## MMCCLXXXIII. (Cod. 952(2) Warn.)

كتاب الاسرار، فى دوائر دارات الانوار،, auctore quodam Jusof at-Tahwâï (الطهواى), opus descriptione fere indignum. Auctor visionem describit, quâ in urbe magnifica solus versatus, Profetam cum comitatu aliorum profetarum et Alíi videt, cum eo colloquitur et comperit se in metropoli unitatis (حضرة التوحيد) esse. Sequitur explicatio locutionum mysticarum in illis dialogis obviarum. Desinit his verbis وما رقم فى هذا الكتاب، وسمع من لذيذ الخطاب، ليس هو من دوائر دارات العقل المعقول، ولا من طروس النقل المنقول، وانما هو من دوائر دارات النور المرسول، متى التى وهو غاية الوصول، ✿

Anno 974 est exaratum.

## MMCCLXXXIV. (Cod. 1039 Warn.)

4⁰. „تحذير الخواص، في اكاذيب القصاص„. In praefatione auctor narrat quid se ad hoc opusculum concinnandum impulerit. Erat nempe nuper, sic loquitur, praedicator, qui traditionem tamquam Propheticam dabat, omni fundamento carentem. Soyutí igitur pronunciavit fetwam »hanc traditionem absque fundamento et nullius pretii esse, nec licere eam propagare, praesertim inter homines infimae plebis; homini illi decere eam proponere coetui doctorum, qui judicarent utrum traditio sana esset necne". Quibus auditis praedicator ille excandescens irâ tum turbam forensem contra Soyutíum instigavit, ita ut hic conviciis et minis peteretur, tum illam traditionem docere perrexit. Alteram itaque Soyutí tulit fetwam, quâ vir ille verberibus plecteretur. Quum autem nihilominus perseveraret nixus

1) H. Khal. ليلا ونهارا pro لبيلازمها.

favore plebeculae, libellum conscribere decrevit Soyuti quo haec quaestio tractaretur. Divisit eum in 8 sectiones, quae sic inscribuntur: 1ma فى سياق الاحاديث الواردة فى تعظيم الكذب على رسول الله صلعم والتشديد فيه والتغليظ فى الوعيد عليه; 2da فى تحريم رواية الحديث الكذب عنه صلعم; 3tia فى توقّى الصحابة والتابعين كثرة الحديث مخافة من النسيان والدخول فى الوعيد; 4ta فى بيان انه لا يجوز لاحد رواية حديث حتى يعرضه على شيخ من علماء الحديث ويجيزه بروايته لاحتمال ان يكون ذلك الحديث لا اصل له فيدخل فى حديث مَنْ كذب عليَّ; 5ta فى بيان ان من اقدم على رواية الاحاديث الباطلة يستحقّ الضرب بالسياط ويهدّد بما هو اكثر من ذلك ويزجر ويهجر ولا يسلم عليه ويعتاب فى الله ويستعدى عليه عند الحاكم ويحكم عليه بالمنع من رواية ذلك ويشهد عليه; 6ta فى من راى النبى صلعم فى المنام منكرًا لما روى عنه من الاباطيل; 7ma فى انكار العلماء قديمًا على القصّاص ما رووه من الاباطيل وسفه القصّاص عليهم وقيام العامة مع القصّاص بالجمل واحتمال العلماء ذلك فى الله; denique 8va فى بيان ان الاحاديث الموضوعة كثيرة ولا يميزها الا الناقد المجتهد فى الحديث. Deinde auctor opusculo suo subjungit excerptum e libro الباعث على الخلاص من حوادث القصاص, auctore Zaino'd-dín Abu-'l-Fadhl Abdo'r-Rahim al-Iráki (+ 805; v. H.-Kh. II, p. 7 ubi Abdo'r-Rahmán vocatur), cum supplemento, ad quod compilandum auctor inter alia usus est libro Ibno'l-Djauzii c. t. كتاب القصاص (v. supra IV, p. 318, n. MMCLVI).

5⁰. Tractatulus, qui inscribitur هذا جزء جمعت فيه الاخبار المروية فى سبب وضع العربية. Sunt 3 pagg.

6⁰. „المتواتره فى الاخبار الازهار المتناثره", opusculum anno 881 conscriptum, quod proprie nihil est quam index argumenti locupletissimus ad librum majorem, collectionem traditionum ab eodem auctore factam, c. t. الفوائد المتكاثره فى الاخبار المتواتره". Hic tantum secundum divisionem illius operis tituli traditionum dantur, cum catenis traditionariorum. Sunt 16 pagg. Opus al-Fawáïd periisse videtur.

7⁰. Tractatus c. t. „مسامرة السموع فى ضوء الشموع", de quaestione utrum Propheta candellis usus sit necne. Post annum 901 conscriptus est. Sunt 3 pagg.

8⁰. „ما رواه الاساطين فى عدم المجىء[1] الى السلاطين". Sunt 15 pagg. continentes traditiones, locos librorum, poëmata de frequentatione aularum improbandâ, sive princeps te vocet, necne, sive te rei religiosae causâ invitet, necne (ذهب جمهور العلماء من السلف وصلحاء الخلف الى ان هذه الاحاديث والاثار جارية على اطلاقها سواء دعوه الى المجىء ام لا وسواء دعوه لمصلحة دينية ام لغيرها).

9⁰. Tractatus de reformatoribus religionis singularum centuriarum a Prophetâ praedictis: ان الله يبعث لهذه الامة على راس كل مائة سنة من يجدّد لها امر دينها. Hi sunt: 1. Omar ibn-Abdi-'l-Azíz; 2. as-Schâfií; 3. Ibn-Soraidj [2] aut al-Ascha'rí; 4. Abu-Bekr al-Bákalání aut Abu-'t-Tayib aç-Ço'lukí aut Abu-Hámid al-Isferâïní; 5. al-Ghazálí; 6. Fakhro'd-dín ar-Rází aut ar-Ráfií cet. De multis inter viros doctos non constat. Necesse autem est eos pertinere ad اهل البيت i. e. ad Korai-

---

1) H.-Kh. V, p. 352 فى عدم الدخول. In nostro Codice H-Khalífae فى عدم المجىء الى الدخول.

2) Cod. saepe شريح.

schitas amplissimo sensu, non minus quam viri qui duabus aliis dignitatibus funguntur, khalifae regnantes et khalifae occulti, q. e. viri illi qui nomine honorificentissimo al-Kotb appellantur. In fine datur poëma metro Redjez de argumento tractatus ab ipso Soyutio pactum. Titulum habet «تحفة المهتدين باسماء المجددين». Sunt 20 pagg.

10°. «الاحاديث الحسان في فضل الطيلسان», opusculum continens descriptionem hujus vestimenti, traditiones in quibus mentio ejus fit, expositionem modi quo induebatur a Prophetâ et sociis ejus, locos jurisconsultorum et poëtarum cet. Sunt 28 pagg.

11°. «الباحة في السباحة» de arte et usu natandi, exiguus tractatus (2½ pagg.).

12°. «حسن السمت في الصمت». Excerptum e libro auctore Ibn-abí-Donja (+ 281) c. t. كتاب الصمت cum additamentis. Sunt traditiones et poëmata in laudem silentii, 9 pagg.

13°. «عين الاصابة في استدراك[1] عائشة على الصحابة», epitome ex opere كتاب الاجابة, v. H.-Kh. V, p. 32. Sunt 8 pagg.

14°. «اتحاف النبلاء باخبار الثقلاء», opusculum instar libri اخبار الثقلاء auctore Abu-Mohammed al-Khallál (H.-Kh. I, p. 185), agens non de viris auctoritatis gravitate conspicuis, ut vertit Cl. Flügel, sed de viris importunis et taedium moventibus. Sunt 6 pagg.

15°. «الاسفار عن قلم الاظفار», tractatus de unguibus resecandis, 6 pagg.

16°. «تشنيف السمع بتعديد السبع». Tractatus de numero 7 in Korano et Sonnâ, 12 pagg.

17°. «الوديك في فضل الديك» v. H.-Kh. in voce; est antho-

1 H.-Kh. فيما استدركته.

logia locorum prosaïcorum et poëticorum de praestantia galli gallinacei, 12 pagg.

18⁰. «كتاب الاقتصاد في شرح الكوكب الوقاد», Commentarius quem as-Soyutí conscripsit ad tractatum as-Sakháwii (+ 643) de fundamentis religionis et Sufiismi. Est شرح ممزوج, 9 pagg.

19⁰. «كتاب تنبيه الغبى بتبرئة [1] ابن عربى», apologia Ibno-'l-Arabíi (+ 638), quae multa scitu digna de ipso hoc viro, et de historiâ doctrinae ejus continet; 9 pagg. Alia exemplaria offerunt Codd. Bodl. (Uri) 157(3), Berol. (Sprenger) 792.

19⁰. «جهد القريحة فى تجريد النصيحة», Compendium e libro Ibn-Taimiae (+ 728) c. t. نصيحة اهل الايمان فى الرد «على منطق اليونان», non ut perperam habet H.-Khal. VI, p. 351 e libro al-Isnawíi, c. t. نصيحة اولى الالباب. Narrat in praefatione Ibn-Taimiam duos composuisse libros de hoc argumento, parvum quem non viderat, et magnum, volumen 20 korrásis constans, ex quo haec excerpsit. Sunt 71 pagg.

21⁰. Tractatulus فى التحدّث بنعمة الله, de commemorandis beneficiis divinis, 2 pagg.

22⁰. Quaestiones et responsa (اسولة واجوبة) argumenti theologici, quae agunt imprimis de al-Khidr (3 pagg.).

23⁰. Soyutí in libro كتاب اللفظ الجوهرى (H.-Kh. V. p. 327) exordium fecerat a loco Koranico ولتسمعن الاية (Koran 3, vs. 183), quod homunciones quidam ignari et stolidi improbaverunt. Conscripsit igitur hunc tractatulum quo aliorum virorum exemplo semet ipsum defendit. Sunt 5 pagg.

24⁰. مراصد المطالع [2] فى تناسب المقاطع والمطالع, opusculum (5 pagg.) quod post doxologiam sic incipit: وبعد فان من العلوم

---

1) H.-Kh. II, p. 429 فى تنزيه.

2) H.-Kh. V, p. 489 الطالع et deinde وتناسب.

علوم القران العظيم مناسبة مطالع السور ومقاطعها كما اوضحته
فى الاتقان وكتاب اسرار التنزيل وقد صرح بذلك المحققون
كصاحب الكشاف وشيخه محمود بن حمزة الكرمانى فى متشابه
القران والغرائب والعجائب فى التفسير والامام فخر الدين والاصبهانى
وغيرهم وقد اردت بيان ذلك على ترتيب السور فى هذه الكراسة.

25°. Dissertatio de loco Korani (48 vs. 2 *a*): ليغفر لك — تاخر ; 3 pagg.

26°. Tractatus de الاجتهاد. »Anno praecedente, dicit auctor, composui magnum librum sub titulo الرد على من اخلد الى الارض وجهل ان الاجتهاد فى كل عصر فرض (v. H.-Khal. III, p. 356), in quo multa maximi ponderis exhibentur quae ad hoc argumentum pertinent; hic autem excerptum offero continens tantum quae cohaerent cum tribus quaestionibus, quarum prima est هل الاجتهاد موجود الآن او لا. Sunt 5 pagg.

27°. احكام دخول الحَشَفَة فى الفرج, 3 pagg.

28°. „الحبائك فى اخبار الملائك", liber de angelis, 115 pagg.

29°. Tractatus de الصلاة الوسطى, quo nomine quae preces indicentur, viginti opiniones diversae exstant (5 pagg.).

30°. „فضل الجلد عند فقد الولد", florilegium traditionum, narratiuncularum, poëmatum de morte liberorum, »tertium, ait auctor, opus quod de hoc argumento conscripsi". Sunt 18 pagg.

31°. „المنهج السوى والمنهل الروى" de medicinâ Propheticâ, i. e. collectio traditionum ad tuendam valetudinem spectantium, secundum capita divisarum; inter alia continet excursum de cibis potibusque. Sunt 90 pagg. Alia ex. Bodl. (Uri) 646, Ms. Italinsky 245 apud Hammer *Lettere* IV, p. 8. De eodem

argumento librum edidit Abu-Noaím al-Isfaháni (Ms. Italinsky l. l., Escur. 1614; cf. Bodl. (Uri) 638); alia ejusmodi opera exhibent Cod. Bodl. (Uri) 638, Cod. Upsal. 117. Cf. porro H.-Kh. in v. الطب النبوى.

32°. Excerpta (فوائد) ex opere الكنز المدفون والفلك المشحون, cujus auctor est Scharafo-'d-dín Junos al-Máliki, discipulus celeberrimi ad-Dhahabí (+ 748), v. Flügel ad H.-Kh. V, p. 257 (VII, p. 864). Exemplar hujus operis exstat in Bibl. Escur. 530, teste Casirio I, p. 156; compendium in Bibl. Caes. Vind. 547(12) apud Hammer. Excerpta Soyutii, minimi valoris, occupant 3 pagg.

33°. „الطرثوث‘ فى فوائد البرغوث“, tractatus de pulicibus, de quo v. H.-Kh. IV, p. 157 seq. Sunt 5 pagg. Conclusio majorem partem opusculi occupans, continet imprimis versus de hoc argumento.

34°. „نور الشقيق‘ فى الاخبار الواردة فى العقيق“, tractatus non »de valli Akík'' ut habet Flügel (H.-Kh., VI, p. 393), sed de gemmâ carneolâ. Sunt 4 pagg. et dimidia. Sequitur tractatulus (½ pag.), continens responsum Ibn-Hadjari ad quaestiones de quatuor traditionibus.

35°. „جزيل المواهب‘ فى اختلاف المذاهب“. Tractatus de controversiis sectarum orthodoxarum, de transitione ab una secta ad alteram, de iis qui ritum Schafeïticum adoptaverunt, quum antea Malikitae, Hanafitae aut Hanbalitae fuerant. Sunt 7 pagg.

36°. „مفحمات الاقران‘ فى مبهمات القران“, de quo v. H.-Khal. VI, p. 32 seq., coll. VII, p. 893. Emendatio Cl. Flügel VII, p. 673 ad II, p. 320 quâ pro عسر et عساكر legatur عسكر, confirmatur nostro Codice. Sunt 32 pagg.

37°. Opusculum agens de مناسبات ترتيب السور, anno 883 conscriptum, cum appendice ex Tafsíro Fakhro-'d-díni ar-Rázi.

In praefatione loquitur de libro كتاب اسرار التنزيل, de تعلقات القران, in 13 capita diviso, in quo fuse idem argumentum tractaverat. Divisio hujus operis adjungitur. Sunt 34 pagg.

38°. غاية الاحسان، فى خلق الانسان, v. H.-Kh., IV, p. 295 [1]. Est argumenti lexicographici; continet enim nomina et epitheta singulorum membrorum corporis humani. Sunt 33 pagg.

39°. زبدة اللبن, opusculum (5 pagg.) de lacte, continens فوائد لغوية وحديثية وطبّية, Quod H.-Kh. loco hujus tituli habet زبدة الليق, non dubito appellare corruptum.

Alterum exemplar offert Cod. Monac. 883(1) apud Aumer Cat. p. 387.

40°. Opusculum (تعليق لطيف) de الاستعاذة والبسملة, titulo رياض الصالحين insignitum et in duos libros divisum, quorum quisque septem capita, introductionem et conclusionem continet. Anno 866 conscriptum est. Sunt 13 pagg.

Hoc opusculo terminatur series tractatuum ab eodem librario anno 987 (teste subscriptione opusculi 20mi quo terminatur tomus prior) nitidissime exaratorum. Deinde a librario qui anno 999 scripsit, additum est opus *Onwáno-'s-Scharaf*, supra I, p. 9 descriptum.

---

1 Pro العصامى semper in hoc Cod. العصافى.

# APPENDIX.



## *a.* WARNERI SCRIPTA.

---

### MMCCCCX. (Cod. 381 Warn.)

Collectio epistolarum, nempe archetyporum sine cura nitoris exaratorum, quas Vir amplissimus Levinus Warner, quum Constantinopoli consul erat, ad varios viros scripsit. Maximam partem Latinâ, complures Italicâ, paucissimae Germanicâ linguâ sunt compositae. Argumentum plurimarum est politicum, epistolarum ad Golium, Hottingerum, alios est literarium. De magna parte non constat ad quosnam scriptae fuerunt. Sunt qui anno 1650, 1657, 1658, 1659, 1660, 1661, 1662, 1663 et 1665 datae fuerunt. Paucae ab aliis ad Warnerum missae intersunt, inter quas epistola Andreae Richteri anno 1645 scripta separata mentione digna est. Vir summus Warner incompte et festinanter saepe scripsit, quod harum chartarum usum non parum impedit.

### MMCCCCXI. (Cod. 382 Warn.)

Hic fasciculus complectitur [1]):

---

1) Partes hujus Codicis duae, n. 2 et 3 (v. Cat. anni 1716, p. 410 n. 16), inter Codices Hebraeos collocatae et numero 79 signatae, descriptae sunt a Steinschneider Cat. p. 297.

1°. tractatum, لب التواريخ inscriptum, de antiquis regibus Persiae.

2°. multas chartas separatas varii argumenti; inter alia occurrunt nonnulla proverbia, politica et religiosa quaedam, tandem »in Poloniam carmen, quod a consiliario suo factum reliquit »Henricus Rex ex Polonia aufugiens Varsaviae in mensâ", cui subjungitur: »Joannis Rochanvici ad Gallum crocitantem res»ponsio".

MMCCCCXII. (Cod. 383 Warn.)

Collectio proverbiorum, sententiarum certorumque modorum loquendi Turcicorum, cum annotatione Latina, e scrinio Warneri et ipsius manu scripta. Unde haec omnia collegerit, aut quemnam ordinem secutus sit, efficere nequeo.

MMCCCCXIII. (Cod. 384 Warn.)

Adversaria Warneri, quae continent excerpta e variis operibus historicis, geographicis, aliis e. g. de rebus Sinensibus ex opere Benáketii (Cod. L. B. 526), de regibus Persarum e libris Baidháwii, Mirkhondii et Khondemíri, e libro طبقات الامم (cf. supra II, 146 n. DCCLIV), ex agricultura Nabathaea, e libro تحفة الملكية, cet. cet. Addidi alia excerpta historica, olim in Cod. 386 (supra n. MMCCCCII) collocata.

MMCCCCXIV. (Cod. 385 Warn.)

Continet hic fasciculus adversaria Warneri varii generis non magni pretii, inter quas chartas invenio descriptionem Gallica lingua, macram scilicet, itineris quod Warner inde a 23 Decembr. anni 1644, quo Amstelodamo profectus est, fecit ad 31 Januar. 1645, quo ad urbem Dantzig accessit. Porro florilegium e diwáno celeberrimi poëtae Háfith.

MMCCCCXV. (Cod. 388 Warn.)

Adversaria Warneri potissimum historiam antiquam Persidis spectantia. In hoc fasciculo occurrit opusculum (4 foll.) de praestantia linguae Persicae prae ceteris omnibus, Arabica excepta.

MMCCCCXVI. (Cod. 389 Warn.)

Collectio proverbiorum neo-Graecorum cum paraphrasi Warneri. Constat volumine in 4to (444 pag.) et nitido apographo nondum absoluto, quod 522 proverbia continet.

MMCCCCXVII. (Cod. 392 Warn.)

Warneri excursus ad Suratam 2 de rebus Arabum Paganorum.

MMCCCCXVIII. (Cod. 1102 Warn.)

Warneri exercitationes multifarii argumenti. Multa neo-Graeca insunt, inter alia catalogus 586 proverbiorum (cf. supra Cod. 389).

MMCCCCXIX. (Cod. 1105 Warn.)

Breves annotationes Warneri ad nomina antiquorum regum, prophetarum et khalifarum, secundum ordinem alphabeti digestae.

MMCCCCXX. (Cod. 1106 Warn.)

Adversaria Warneri varii argumenti.

MMCCCCXXI. (Cod. 1107 Warn.)

Variae Warneri exercitationes, potissimum annotationes ad scriptores Arabicos diversos et excerpta ex iis. Inter alia continet opusculum Farábii عيون المسائل (supra III, p. 312 seq.) ab ipso Warnero scriptum. Unde vero auctor Catalogi 1716

petiverit hoc fasciculo contineri exercitationes ad res Aethiopicas non liquet.

MMCCCCXXII. (Cod. 1108 Warn.)

Reiske in Dissert. inaugurali quae exhibet »Observationes miscellaneas aliquot medicas ex Arabum monumentis" (1746), p. 17 seq. haec scribit: Venio nunc ad describendum Codicem bibliothecae Leidensis 1108, qui sic designatur in Catalogo p. 442 n. 792. *Warneri Commentarius ad librum de rebus medicis, praesertim quaedam ex Corano et traditionibus Muhammedis.* Non est commentarius, nihil etiam ibi ex al-Corano. Sed sic habet. Levinus Warnerus, cujus in literis orientalibus peritiam admiror, laborem et diligentiam stupeo; tot enim ille libros Arabicos, Persicos, Turcicos, perlegit, descripsit, excerpsit, interpretatus est, quot perlegendis alius quisquam vix sufficiat; et, si contigisset ipsi edere sua adversaria, commodum attulisset hisce studiis, et reportasset gloriam, qualem nullus alius eorum, qui arabica tractarunt: Hic tantus vir, quem Leida non minus atque numen venerari debet, ut qui munere mactavit eam, cui par Christianus orbis non habet, legatum intelligo codicum MStorum orientalium; inter alia curaverat ab aliquo scriba librum فى الطب النبوى *de medicina prophetae Arabici* sibi describi, cujus ipse magnam partem latine interpretatus est. Quis ejus libri fuerit auctor, non comparet. Dividi commode in duas partes potest ille codex. Prior continet decem capita, quae inter primum maxime est memorabile. Posterior simplicia recenset, de quibus judicia Muhammedis feruntur in Traditionibus, secundum ordinem alphabeticum, eumque, quod mirum, non Arabicum, sed Hebraïcum. Forte sic jusserat Warnerus. Ipse enim non scripsit arabica [nempe quae in hoc Codice exstant]. Inveni his in schedis ali-

qua quae faciebant ad rem meam. Sed multo pauciora quam et optaveram et fueram opinatus.

Haec Reiske, cujus verba potissimum descripsi propter nobile illud judicium quod de viro summo tulit et quod libenter meum facio. Neque ego efficere possum quo libro فى الطب النبوى usus sit Warner. Nos hic tantum habemus opus Soyutíi in Cod. 474 n. 31, quod certe ab eo diversum est. De aliis ejusdem argumenti libris, vid. ad descriptionem hujus Soyutíi operis (supra p. 108).

MMCCCCXXIII. (Cod. 1112 Warn.)

Fasciculus chartarum, ab ipso Warnero Miscellanea inscriptus, quo nomine sane dignus est. Continet revera multas annotationes de imperio Turcico. In fine est tractatulus de coffea.

MMCCCCXXIV. (Cod. 1114 Warn.)

Magna collectio locorum e scriptoribus Arabicis de opinionibus et moribus antiquorum Arabum, sine titulo et nulla divisione, a Warnero compilata. Fontibus quibus usus est sunt deinceps Hamása cum commentariis Tibrízii et Marzukíi, كتاب التبيين والبيان auctore al-Djáhith, كتاب الفايق Zamakhscharíi, الكامل Mobarradi, كتاب الاشتقاق Ibn Doraidi, al-Wáhidíi commentarius ad Motanabbíi carmina. In margine passim difficiliora Latine vertuntur. Abrupte desinit in media sententia.

MMCCCCXXV. (Cod. 1131 Warn.)

Warneri »tractatus de rudioribus saeculis Arabum, quo mores illorum ante tempora Muhammedis describuntur". Sunt 494 pagg. Abrupte desinit.

MMCCCCXXVI. (Cod. 1139 Warn.)

Adversaria Warneri, in quibus loci de moribus Arabum paganorum annotati sunt.

MMCCCCXXVII. (Cod. 1115 Warn.)

Warneri commentarius latino sermone conscriptus ad tractatum philosophicum Arabicum, cujus titulus non comparet. In fine mutilissimus est.

MMCCCCXXVIII. (Cod. 1117 *b* Warn.)

Warneri exercitationes ad historiam Timuri.

MMCCCCXXIX. (Cod. 1118 Warn.)

»Warneri excerpta miscellanea Persica, praesertim exercitationes ejus ad poëma Persicum Mesnui". Sic recte describitur in Catal. 1716 sub n. 1682. Est ingens chartarum fasciculus.

MMCCCCXXX. (Cod. 1119 Warn.)

»Collectio proverbiorum Turcicorum, quorum 700 priora cum explicatione Warneri, et ultra 100 sequentia sine explicatione sunt". Sic recte in Catal. 1716 sub n. 1482 describitur.

MMCCCCXXXI. (Cod. 1120 Warn.)

Warneri exercitationes ad aliquot capita Korani.

MMCCCCXXXII. (Cod. 1121 Warn.)

Collectanea geographica Warneri alphabetice, praesertim ex Nowairío, e libro المضاف, quoque المضاف المنسوب et المضاف والمنسوب appellato, auctore ut videtur at-Thaálibí; et e libro سرور عاجم s. سروری (supra I, p. 96 n. CLXXVIII). Tractantur اصفهان, اهواز, ارمينية, اردبيل, اران; بغداد, بلخ, بصرة, بست, et sub titulo قبة الاسلام deinceps البصرة, بغداد, ايران شهر, حصن et غوطة دمشق, اهرام مصر, قصر غمدان, كعبة نجران, تيماء,

خوارزم ; جور , جرجان ; تلاس , تبت , ترکا ; پشت ; وادی القصر ; صين ; الشحر , شام , شهرزور ; سمرقند , سجستان ; ری ; دشت ; هراة , هند ; نيسابور ; مصر , مكة ; كشكر ; فارس ; غزنة ; طوس ; يمامة , يمن. De singulis potissimum memorantur peculiaria (خصائصها).

MMCCCCXXXIII. (Cod. 1123 Warn.)

Catalogus 1716 sub n. 793: »Warneri exercitationes ad libros medicos Ibn Gemi, Avicennae, de rebus Anatomicis et Botanicis". Non omnino recte. Continetur enim hoc fasciculo exercitatio Warneri ad Canonem Avicennae, quam praecedit praefatio partis secundae Commentarii ab Ibn Djomai' conscripti ad epitomen Canonis sub titulo (l. تنقيح) التصريح بالمكنون فی تفتيح القانون, cf. H. Khal. IV, p. 501. Sunt 6 pagg. Warneri commentatio 280 paginas occupat. Deinde sequuntur Warneri excerpta e libro Ibno'l-Kotbíi (supra III, p. 259 n. MCCCLXI) et quidem e parte priore de simplicibus.

In involucro annotavit Warner: N. in praefatione libri: hunc ابن جميع suppeditavit mihi àga major (?) Regis Turcici, sicut alios libros profecit (?).

MMCCCCXXXIV. (Cod. 1124 Warn.)

Warneri exercitationes ad duo carmina Motanabbíi, in edit. Dieterici, p. ٥۴٨—٥٥٩.

MMCCCCXXXV. (Cod. 1125 Warn.)

Carmen قصيدة يقول العبد cum versione et notis a Warnero conscriptis. Cf. supra IV, p. 244 n. MMIII.

MMCCCCXXXVI. (Cod. 1130 Warn.)

Fasciculus, qui olim pars libri majoris fuit, paginarum enim

notae sunt 625—852, inscribiturque: *Nova Asiae descriptio geographica cum introductione historica.* Continet versionem Warneri partis libri Djihán-Numa, nempe capita Turkistán, Tataria, Transoxania, partem capitis posteriorem Tabaristán, Djordján, Khowárizm, Dailem et Gílán.

His accedunt fasciculi quos deinde in aliis involucris inveni; alter, p. 409—624, incipit in media descriptione Heráti et magnam partem capitis Khorasán continet, et fragmentum descriptionis Kumis, Tabaristán et Mazenderán; alter, p. 1061—1266, Khuzistán, Irak Adjemi et initium capitis Khorasàn. Tandem p. 1—408 initium operis continentes et desinentes in medio initio capitis Khuzistán.

Ordo autem paginarum minime est ordo libri. Revera enim sic collocandae sunt: p. 1—408, 1061—1266, 409—624, 789—852, 685—788, 625—684.

MMCCCCXXXVII. (Cod. 1159 Warn.)

»Warneri diaria, ubi multae observationes de imperio Turcico'', sic in Catal. 1716 satis bene describitur. Constat 6 fasciculis, qui inscribuntur a°. 1657, 1659, 1661, 1662, 1663 et 1665, quique continent, praeter dictas observationes, varia quae Warnerus legit aut audivit illo anno, de ipso vero nihil.

MMCCCCXXXVIII. (Cod. 1160 Warn.)

Recte Catal. 1716 sub n. 52: Warneri varia excerpta et observationes de dogmatibus et ritibus Christianorum Orientalium, Graecorum, Arabum, Armenorum.

MMCCCCXXXIX. (Cod. 1167 Warn.)

Idem sub n. 53: Ejusdem observationes ad ritus Ecclesiae Graecae. Admixta quoque sunt miscellanea Arabica, Persica, Turcica.

MMCCCCXL. (Cod. 1162 Warn.)

Idem sub n. 1842: »Warneri varia excerpta de rebus politicis, praesertim ad Imperium Turcicum spectantibus." Sunt nempe loci Taciti et Livii de religione, de rege, de exercitu cet. cet. adaptati ad conditionem imperii Othmánici. Prope finem sunt 5 paginae commentarii ad locum geographi Arabici.

MMCCCCXLI. (Cod. 1173 Warn.)

Warneri excerpta de rebus Ecclesiae Graecae et spec. de Patriarcha Constantinop. Sic recte in Catal. 1716 sub n. 54; est autem minimi valoris, et plurima folia alba sunt.

MMCCCCXLII. (Cod. 1176 Warn.)

»Critica Warneri ad versionem Turcicam V. et N. T., item ad explicationem Caraicum. Accedunt quaedam ejusdem Critica ad Avicennae quendam tractatum". Sic Catal. sub n. 22, ut magnum quid exspectares. In parvo autem fasciculo vix septem paginae scriptae sunt, ceterae albae, nec ipsae observationes alicujus pretii sunt.

MMCCCCXLIII. (Cod. 1177 Warn.)

Sententiae latinae quales occurrunt in opere critico, manu Warneri. Nullius pretii.

MMCCCCXLIV. (Cod. 1161 Warn.)

Warneri excerpta carmina Turcica, Persica, Arabica. Parvi pretii.

MMCCCCXLV. (Cod. 1163 Warn.)

Incipit dissertatiunculâ de Korano, quam excipit locus Arabi-

cus de Moseilima. In fine sunt nonnullae epistolae Turcice conscriptae, inter quas una anno 1660 ab As'ad Efendi ad Warnerum (ورنير) data.

MMCCCCXLVI. (Cod. 1164 Warn.)

Fragmenta poëmatis Persici de natura dei et mundi, cum versione Latina Warneri. Versus primus est

بنام انکه جانرا فکرت آموخت    چراغ دل زنور جان بر افروخت

MMCCCCXLVII. (Cod. 1168 Warn.)

Adversaria Warneri, quibus continentur aliquot versus poetarum Arabicorum, et commentarius ad fragmentum operis Arabici, quod quid fuerit, non memoratur.

MMCCCCXLVIII. (Cod. 1169 Warn.)

Exemplar mutilus libelli Warneriani c. t. Proverbiorum et sententiarum Persicarum Centuria, anno 1644 typis impressi. Proprie recipi non debuisset.

MMCCCCXLIX. (Cod. 1170 Warn.)

Proverbia 52 Turcica cum explicatione Warneri.

MMCCCCL. (Cod. 1171 Warn.)

Warneri adversaria, in quibus nonnulla de Korano, pauci versus, plurima folia alba.

MMCCCCLI. (Cod. 1179 Warn.)

Warneri commentarius ad carmen Turcicum, cujus titulus non comparet.

MMCCCCLII. (Cod 1180 Warn.)

Proverbia quaedam Turcica. Vix 4 pagg. scriptae sunt, ceterae albae.

MMCCCCLIII. (Cod. 1182 Warn.)

Libellus continens quaedam nomina herbarum, cum speciminibus harum herbarum siccatis. Horum pars tantum superest.



## *b.* SCRIPTA ALIORUM RECENTIORUM.

---

MMCCCCLIV. (Cod. 1360.)

Index alphabeticus nominum virorum, titulorum librorum cet. a Don Faustino de Bourbon collectorum praecipue ex opere Dhabbii, auctoris saeculi sexti, quem Dhobi appellat, e Casirio, e Herbeloto, et e Maraccii Prodromo.

In primo folio legitur *Es de el Rey*, quod quomodo explicandum sit, vid. supra I, p. 52 ann. 3.

MMCCCCLV. (Cod. 1363.)

Inscribitur »Epocas de los Araves primitivos" et est index alphabeticus nominum virorum et dierum ad antiquam historiam, ab eodem factus. Est ejusdem originis cujus Codex praecedens.

MMCCCCLVI. (Cod. 1364.)

Ejusdem »Epocas y sucesos Arabes de Historia de España". Iisdem fere fontibus usus est quo in Cod. 1360.

MMCCCCLVII. (Cod. 1395.)

Tria volumina excerptorum Heymanni, quae accurate describere longius foret. Continent enim observationes de diversissimis rebus, nullo ordine unam post alteram scriptas, quae potissimum quidem Orientem spectant, inter quae vero quoque memorabilia temporis quo scripsit, e. g. ex anno 1711 recepta sunt. Fontes interdum laudat. Singulis voluminibus index praecipuarum rerum est additus. Latine conscripta sunt pleraque, cetera Hollandice.

Donum Viri plur. vener. ab Utrecht Dresselhuis.

MMCCCCLVIII. (Cod. 1412.)

Hamakeri versio capitis ex historico Persico de regibus Bamyanae, qui e stirpe Gaurensium sunt, de rebus Sultanorum Gauri nonnullorum qui nomen regum adepti sunt, et de regibus Khaldjensium. Sunt 9 pagg.

Emtus e bibliotheca Hamakeri (*Catal.* pag. 112 n. 9.)

MMCCCCLIX. (Cod. 1413.)

Ejusdem excerpta latina ex MS. Parisino 785, qui continet فتوح مصر auctore Ibn-Abd-al-Hakam. Sunt 50 pagg.

Ejusdem originis (ibid. n. 10.)

MMCCCCLX. (Cod. 1418.)

Hamakeri adversaria Orientalia varii argumenti. 8 pagg.

(Ibid. p. 113 n. 15.)

MMCCCCLXI. (Cod. 1420.)

Ejusdem animadversiones in Reinaud, *Extraits des Histor. Arabes, relatifs aux Croisades*, Paris. 1829. Sunt 3 pagg.

(Ibid. p. 114 n. 23.)

MMCCCCLXII. (Cod. 1421.)

Animadversiones ejusdem in opus: *Chronique de la con-*

*quête de Constantinopole, trad. etc. par* J. A. Buchon, Paris. 1825. 6 pagg.
(Ibid. n. 24.)

MMCCCCLXIII. (Cod. 1422.)

Animadversiones ejus in vers. Aethiopicam libri Ezrae I. Sunt 5 pagg.
(Ibid. n. 25.)

MMCCCCLXIV. (Cod. 1423.)

Animadversiones ejusdem in J. C. Stück *Comm. in Hoseam prophetam*, Lips. 1828. Sunt 12 pagg.
(Ibid. n. 26.)

MMCCCCLXV. (Cod. 1426.)

Hamakeri observationes Grammaticae de comparatione linguarum Indo-Germanarum: animadversiones in libros Wülneri et aliorum. Sunt 61 pagg.
(Ibid. p. 115 n. 33.)

MMCCCCLXVI. (Cod. 1427.)

Vocabula Sanscritica partim cum linguis Germanicis comparata, partim latine explicata. Sunt 47 pagg.
(Ibid. n. 34.)

MMCCCCLXVII. (Cod. 1428.)

Volumen Observationum etymologicarum, ordine alphabetico.
(Ibid. n. 35.)

MMCCCCLXVIII. (Cod. 1429.)

Animadversiones ejusdem Hollandice conscriptae ad Becker, *das Wort in seiner organischen Umwandlung*, et fasciculus schedularum, in quibus observationes etymologicae notatae sunt.
(Ibid. n. 36.)

MMCCCCLXIX. (Cod. 1430.)

Hamakeri animadversiones in Schmidtii libellum *de pronomine Graeco et Latino*. 11 pagg.
(Ibid. n. 37.)

MMCCCCLXX. (Cod. 1431.)

Animadversiones Hollandice scriptae in Beckeri *Organism der Sprache*. 7 pagg. Cf. Cod. 1429.
(Ibid. n. 38.)

MMCCCCLXXI. (Cod. 1432.)

Animadversiones ejus in Cuvierii opus: *Discours sur les révolutions de la surface du globe.* Pertinent ad disputationem de origine generis humani. 6 pagg.
(Ibid. n. 39.)

MMCCCCLXXII. (Cod. 1457.)

Index a H. A. Schultens factus nominum propriorum (virorum et feminarum), quae nescio in quo Arabico opere offenduntur. Excerptus autem est tantum tomus I, et interdum diversitas lectionis inter Codicem Leidensem et Pocockii notata est. Sunt 2 tomi, quorum longe major pars charta alba est.
Codex hic et qui sequuntur ad n. MMDVI emti sunt Groningae, anno 1837, ex Bibl. Cl. van Eerde et a Rege Academiae nostrae donatae.

MMCCCCLXXIII. (Cod. 1458.)

Ejusdem adversaria, sive index nominum propriorum Arabicorum (virorum et mulierum), quae in diversis libris, praesertim in Ibn-Kotaibae locis ab Eichhornio editis, commemorantur.

MMCCCCLXXIV. (Cod. 1459.)

Adversaria autographa Alb. Schultensii, sive stricturae ad

origines Hebraeas, ordine alphabetico. Snnt 4 voll., quorum $1^0$ tractantur litterae א–ז, $2^0$ litterae ח–ך, $5^0$ litterae ל–ע, $4^0$ litterae פ–ת, accedentibus in fine hujus voluminis nonnullis addendis de litteris antecedentibus.

MMCCCCLXXV. (Cod. 1460.)

Adversaria autographa ejusdem in eodem argumento versantia, nempe complectentia animadversiones mixtas de radicibus Hebraeis, et alius generis observationes, ad grammaticae partem etymologicam et syntacticam linguae Hebraeae spectantes.

MMCCCCLXXVI. (Cod. 1461.)

Autographae ejusdem annotationes de antiquitate Hebraea, continentes fere animadversiones uberes ad compendium Relandi et Goodwini.

MMCCCCLXXVII. (Cod. 1462.)

Ejusdem animadversiones ad libros historicos V. T. (Genesin — librum Estherae), maximam partem autographae.

MMCCCCLXXVIII. (Cod. 1463.)

Ejusdem annotationes uberrimae ad librum Jobi, maximam partem autographae.

MMCCCCLXXIX. (Cod. 1464.)

Ejusdem annotationes ad librum Psalmorum, autographae.

MMCCCCLXXX. (Cod. 1465.)

Ejusdem annotationes ad Jesajam, autographae.

MMCCCCLXXXI. (Cod. 1466.)

Ejusdem ad Jesajam quoque annotationes autographae, item-

que exemplum libri, cui titulus est »Animadversiones phil. et crit. ad varia loca V. T., conscriptae ab Alb. Schultens. Amst. 1709. 8°" manuscriptâ auctoris annotatione locupletatum.

MMCBCCLXXXII. (Cod. 1467.)

Ejusdem annotationes autographae ad Jeremiam et Ezechielem.

MMCCCCLXXXIII. (Cod. 1468.)

Ejusdem annotationes ad Hoseam, Zachariam et alios e 12 prophetis minoribus, magnam partem autographae.

MMCCCCLXXXIV. (Cod. 1469.)

Autographa J. J. Schultensii adversaria de lingua Hebraea et de crisi Veteris Testamenti. Itemque exemplum libri, cui titulus est: »Elenchus Philol. quo praecipua, quae circa textum et versiones S. S. disputari inter philologos solent, breviter indicantur. In usum studiosae juventutis. (Editum quondam ἀνωνύμως a Cl. H. R.(elando)) L. B. 1755. 8°", cum annot. ms. J. Schultensii.

MMCCCCLXXXV. (Cod. 1470.)

Autographae ejusdem animadversiones de antiquitate Hebraea, continentes animadversiones ad Relandi compendium.

MMCCCCLXXXVI. (Cod. 1471.)

Autographae ejusdem disputationes uberrimae de duobus locis V. T., Deut. 32 : 5 et 1 Sam. 13 : 1.

MMCCCCLXXXVII. (Cod. 1472.)

Ejusdem animadversiones autographae in Hoseam, et amplissima exercitatio critica-historica ad locum Hos. 6 : 7.

MMCCCCLXXXVIII. (Cod. 1473.)

Ejusdem annotationes in Psalmos, in Estherae librum, et in Jonam, maximam partem autographae.

MMCCCCLXXXIX. (Cod. 1474.)

Ejusdem annotationes, maximam partem autographae, in plurimos libros V. T.

MMCCCCXC. (Cod. 1475.)

Ejusdem annotationes autographae ad diversos libros et locos N. T.

MXCCCCXCI. (Cod. 1476.)

Itidem annotationes ejusdem autographae ad diversos libros et locos N. T.

MMCCCCXCII. (Cod. 1477.)

H. A. Schultensii praelectiones autographae de notitia litteraria excultae linguae Hebr. praesertim a Christianis, post renatas litteras.

MMCCCCXCIII. (Cod: 1478.)

Ejusdem autographae praelectiones de recta ratione studiis philologiae sacrae.

MMCCCCXCIV. (Cod. 1479.)

Ejusdem scholae autographae de antiquitate Hebraea.

MMCCCCXCV. (Cod. 1480.)

Ejusdem annotationes autographae ad libros nonnullos historicos V. T.

MMCCCCXCVI. (Cod. 1481.)

Ejusdem annotationes autographae ad librum Jobi.

MMCCCCXCVII. (Cod. 1482.)

Scholae ejusdem autographae de Psalmis.

MMCCCCXCVIII. (Cod. 1483.)

Ejusdem scholae autographae de libro Proverbiorum.

MMCCCCXCIX. (Cod. 1484.)

Ejusdem scholae de Jesajae libro autographae.

MMD. (Cod. 1485.)

Ejusdem scholae autographae de Threnis, Daniele, et nonnullis e 12 prophetis minoribus.

MMDI. (Cod. 1486.)

J. J. Schultensii annotationes autographae ad librum 1um Maccab., ad Matth., ad Fl. Josephum, et ad aliquae Graecorum et Romanorum scripta.

MMDII. (Cod. 1487.)

A. Schultensii animadversiones autographae de tropis et schematibus orationis, ex Vossio aliisque.

MMDIII. (Cod. 1488.)

J. J. Schultensii scripta autographa de theologia dogmatica.

MMDIV. (Cod. 1489).

Ejusdem polemica de controversiis theologicis.

**MMDV. (Cod. 1494)**

Volumen apographorum et excerptorum e diversis Codd. MSS. Arabicis, manu J. J. Schultensii; in his sunt excerpta Amro'l-Kaisi, Motanabbíi, Abu-'l-Alá, Hamásae Bohtoríi cet. cet.

**MMDVI. (Cod. 1496.)**

Volumen apographorum et excerptorum e diversis Codd. MSS. Arabicis, manu H. A. Schultensii; in his est versio Latina et explicatio Moallakae Amro'l-Kaisi, apographon τῶν Moallakát, versio aliquot capitum Korani cum comment. Baidháwii, apographon aliquot locorum ex Thaálibíi لطائف الصحابة, versio et explicatio carminis at-Tográii, animadversiones in Abulfedae descript. Aegypti, et aliquot narrationes e libro 1001 Noctium arabice descriptae.

**MMDVII. (Cod. 1645.)**

J. E. Humbertus, quum annis 1822—24 sumptibus regni Neerlandici, in ora septentrionali Africae, investigationem institueret in conditionem terrae, in indolem et linguam incolarum et in antiquitates superstites, sibi devinxit senem Berberum quemdam e Felissat-Mellila, monte Algeriae, oriundum, qui geographiae et linguae satis peritus, multa cum Humberto ejusque amanuensi Mardochaeo El Naggiar communicavit. Hujus potissimum et ipsius Mardochaei dissertatiunculae continentur collectione hacce chartarum, numero 1645 designatâ.

I *a*. Tabula tribuum Arabum (عرش) in regno Tunetano habitantium, cui addita sunt 2 folia manu Africanâ exarata ab Arabe quodam Tunetano, quorum ope est composita.

*b*. Dissertatio de Zouavis [1] (قبائل s. شاوية) Constantinae, Tog-

1) „Quoique le nom de Zwawa appartienne en particulier à une et

gorti, Warguelae, Mozabi, Ghadamesi et Fezzani, de incolis Algeriae et de paucis illis Berberis qui in regno Tunetano degunt.

Addita sunt 5 folia mss. senis Berberi, quibus Mardochaeus usus est in hac conficiendâ.

*c* Delineatio partis regni Algeriae, in qua indicatum est domicilium singularum tribuum Berberorum. Aegre senex Berberus »patriam suam scriptam" Humberto concessit. »Hoc enim" inquit »semper vos Christiani agitis, cognoscere vultis »aliorum domum, ut minore periculo intrare possitis". Eâdem haesitatione eum adjuvarat in tabula tribuum componenda. »Si princeps compertum haberet" sic semper repetebat »me meâ manu imperii vires delineasse, ut »Infidelem eas docerem, certo me concidi juberet".

II *a* Vocabularium Gallo-Arabicum et -Zenâticum, de quo haec Hamakerus: »Vocabularium Berbericum quamquam deli»gentissime ab Humberto collectum, attamen in multis »emendari potest. Plurima continet vocabula Arabica, »ubi sermo est de rebus imprimis ad vitam necessariis, »quibus designandis procul dubio jam ante Arabismi intro»ductionem propria Berberis erant verba".

Huic vocabulario addita est effigies calamo facta senis illius Zuavi, cui Humbertus haec omnia debebat.

*b* Annotationes de grammaticâ Zenâtica non magnae utilitatis hodie, quum Nob. de Slanei specimen in Append. ad Historiam Berberorum Gallice versam T. IV et Hanoteaui librum de eâ linguâ possideamus. Idioma, quod cognovit Humbertus est id, quod Zuavorum dicitur, quod efficio ex

"peut-être à plusieurs tribus, les Berbers en général réclament ce nom; "ils le préfèrent à celui de Berber, qui ne convient, disent-ils, qu'à "des hommes soumis et payant un droit au prince du pays". (Note du vieux Berber.). —

comparatione pronominum et numeralium cardinalium. Pron. 2 ps. Humberto sonat m. كتش f. كمّى (cf. Hanoteau, Essai de grammaire Kabyle, p. 49), pron. poss. 1 ps. اينو (ibid. p. 53). Ex numeralibus duo tantum priora ايون et سين sunt Berberica, cetera ex Arabismo desumpta (ibid. p. 246 seq.).

*c* Collectio epistolarum, carminum bellicorum et eroticorum: specimina linguae Zuavorum. Pessime exarata manu Africanâ. Uni ex epistolis addita est versio Gallica.

III Collectio alphabetarum Arabicarum et mysticarum, et tractatus Italice conscriptus de figuris numeralium Arabibus usitatis.

IV Collectio libellorum (rationes mercatoriae, decreta publica cet.) Arabice manu Africanâ conscriptorum, Tuneti facta ab Humberto.

V Collectio dissertatiuncularum a Judaeo Mardochaeo El-Naggiar compositarum de linguâ Arabicâ, praecipue de eâ quâ in ora septentrionali Africae utuntur.

His additi sunt 2 parvi tractatus, alter de linguâ miscella (jargon) quae in insula Malta in usu est, alter de linguâ Turcicâ quam in Mauritaniâ loquuntur.

VI *a* Relatio Humberti, qua responsum dat ad eas quaestiones quas illi primâ vice iter suscepturo Cl. Hamakerus mandaverat.

*b* Index accurate confectus illarum rerum (Antiquitates cet.) quas J. E. Humbertus anno 1822 in regno Tunetano coëmerat.

VII *a* Tractatus geographicus et topographicus de regno Tunetano, a sene Berbero Judaeo Mardochaeo dictatus. In mediâ descriptione abrupte desinit.

*b* Series capitum in opere Hadji-Hammudae, quod agit de historia Tuneti. Opus hocce, cujus tot capita, quot principes Tuneti post tempus Hafsidarum, pretio »300 piastres"

venebat Tuneti. Humberto altera vice Africam adituro, Hamakerus, hocce opus emendum vel describendum commendavit. Quatenus Humbertus et huic et aliis multis Hamakeri mandatis satisfecerit, prorsus nescio. Omnes chartae in hac collectione obviae ex priore itinere sunt.

*c* Mandata Hamakeri de iis in quae, Humberto iterum iter suscepturo, Administratoris Ewijckii rogatu, inquiri cupiebat.

*d* Nota pretii 6 Codicum, Humberti tempore Tuneti veneuntium.

MMDVIII. (Cod. 2062.)

W. H. Engelmann, postquam editionem suam Hádirae Diváni in lucem miserat, auctore magistro suo Cl°. Dozy consilium cepit vertendi librum Alcalae, ut de Hispanico-arabico fieret Arabico-hispanicum, idque cum versione Gallica et annotatione. Non autem ei licuit hoc incepto tantum tribuere temporis, quantum voluisset. Mox ad Indias Neerlandicas vocatus est ad munus honorificentissimum, omnes autem vires et totum tempus sibi poscens, nempe ut linguae Sundanae grammaticam conscriberet et fundamenta jaceret studio severo hujus linguae. Quod feliciter incepit, sed vix primos sui laboris fructus colligere potuerat, quum proh dolor! mors eum abripuit. Inchoatum mansit Alcalae praeparatio. Qualis fieri potuisset, si ei librum absolvere contigisset, ostendit opus ejus merito laudatum »Glossaire des »mots espagnols et portugais empruntés à l'arabe", cujus alteram, valde auctam editionem dedit Cl. Dozy. Ab hujus quoque manu Alcalae versionem ut accipiamus, spes est. Chartae Engelmanni, a familia ejus mihi missae et a me in bibliotheca nostra collocatae, constant 1° excerptis lexicographicis e variis libris ut Lane, *Manners and Customs of the modern Egyptians*, Burckhardt, Cherbonneau, et excerpto e Raynouard,

*Grammaire de la langue romane;* 2⁰ lexico Alcalae verso, parte tantum exceptâ, sed hoc quatenus sine multo labore fieri poterat. Difficiliora pleraque tractanda sive retractanda manent. Quas quum cum Dozyo examinavi, patuit ei nullum ex iis fructum suae editioni expectari posse.

---

# ADDENDA ET EMENDANDA.

# VOLUMEN PRIMUM.



## PROLOGUS.

**Pag. VIII.** Codices Erpenianos *non* pro nostrâ Bibliothecâ esse emtos, et se nescire cur hoc factum non sit, testatur Siegenbeek, *Geschiedenis der Leidsche Hoogeschool*, II, p. 13. R. D.

**Pag. XIII, XIV.** Haec de Codice Jácuti scribens, nondum cognoscebam Catalogum librorum manu scriptorum Golii, qui anno 1696 venditi sunt. Etenim tunc hoc libello rarissimo carebat nostra Bibliotheca quem demum anno 1866 acquisivit[1]. Patet ex illo, ut etiam vidit Cl. Gildemeister, qui hac de re ad me literas dedit, quid Jácuti Codici acciderit. Eo scilicet tempore quo Golius diem supremum obiit, i. e. anno 1667, erat in hujus aedibus; mansit ibi, ipsius Codicibus intermixtus, donec Golii Bibliotheca, 29 annis post, venderetur, quo tem-

---

[1]) Titulus est: Catalogus insignium in omni facultate, linguisque, Arabica, Persica, Turcica, Chinensi etc. librorum MSS. quos Doctissimus Clarissimusque Vir D. Jacobus Golius, dum viveret Mathesios et Arabicae Linguae in Acad. Lugd. Batav. Professor Ordinarius, ex variis Regionibus magno studio, labore et sumptu, collegit. Quorum auctio habebitur in Aedibus Johannis du Vivie, Bibliopolae. Ad diem XVI. Octobris St. Novo, ad punctum horae nonae. L. B., apud Joannem du Vivie, 1696.

pore et ipse venditus est, nam in Catalogo modo laudato legitur p. 2, inter libros in folio: كتاب الثانى من معجم البلدان,
et tum enumerantur volumen tertium, quartum et quintum ejusdem operis. Culpa igitur incumbit iis qui tunc Bibliothecae praeerant, quique curare debuissent ne liber, qui emtionis jure in nostram Bibliothecam devenerat, venderetur. Sed tunc temporis nemo in nostrâ urbe erat, literarum Arabicarum vel mediocriter peritus. Haec enim studia, inde a Golii morte usque ad adventum Alberti Schultensii, i. e. ab anno 1667 usque ad annum 1729, neglecta jacuerunt[1]; unde etiam explicandum, quod ex ditissimâ illâ collectione Golianâ nihil pro nostrâ Bibliothecâ emtum sit. Optimi et rarissimi Codices Goliani nunc sunt in Biblioth. Bodleyanâ, veluti Díván al-Farazdaki (p. 10, nº 20), Ibn-Haiyán (p. 14, nº 73), Ibn-Bassám (p. 11, nº 35), Ibn-Çáhib aç-Çalát (p. 11, nº. 34). R. D.

Ceterum Codicem Bodleyanum Jácuti olim Golii fuisse, jam testatur Gagnier in opusculo de Codd. geographicis Bibl. Bodl., Ms. Bodl. 263(4) Nic. (Catal. II, p. 232).

---

## ENCYCLOPAEDIA ET BIBLIOGRAPHIA.

Pag. 4. Descriptioni Codicis III (958(42) Warn.) substituatur haec:

«اَلدُّرُّ النَّظِيم فِي أَحْوَالِ الْعُلُومِ وَالتَّعَالِيم», sic inscribitur haec encyclopaedia, quae non, ut in Indice Codici 958 praemisso et ab Hádjí-Khalífa dicitur, Avicennam auctorem habet, sed est editio altera et aucta operis a Cl. Sprengero editi in

1) Cf. Siegenbeek, *Geschiedenis der Leidsche Hoogeschool*, I, p. 254 sq.

Bibliothecâ Indicâ (N° 21) ارشاد القاصد الى اسنى المقاصد, auctore Schamso-'d-dín Mohammed ibn-Ibráhím ibn-Sá'id al-Ançárí *al-Akfání* as-Sakháwí (+ 749). Auctor hujus secundae editionis al-Akfánío saeculo et dimidio est recentior, inter libros enim laudatos est opus principis Olug Bek (+ 853), de quo v. supra III, p. 132 [1] et Codex non autographus anno 954 est exaratus. Nomen ejus me latet, sed est, praeter hujus encyclopaediae editionem, multorum operum auctor: 1° Compendii operis Athiro-'d-díni al-Abahrí (+ cª 700), c. t. كشف الحقائق (f. 210 v.), cf. H.-Kh. V, p. 206; 2⁰ Epitomis ex opere الجامع الكبير, auctore Ibno-'l-Athír al-Djazarí (+ 637), واختصرناها بزيادات اضفناها اليه (f. 205 v.), cf. H.-Kh. II, p. 571; 3° Epitomis e libro البديع, auctore Ibn-Monkidh (+ 584); 4° Compendii ex opere al-Abahríi, c. t. تهذيب النكت (f. 225 v.); 5° نكت واختصار in opus Ibn-Baitharis c. t. الادوية المفردة; 6⁰ Compendium fecit ex التذكرة, auctore as-Sowaidí (H.-Kh. II, p. 256, cf. 260); 7⁰ scripsit رسالة فى الكحل ملقبة بالنورية (f. 228 v.); 8⁰ Commentarii est auctor in فصول Hippocratis (*ibid.*); 9⁰ Epitomen fecit Canonis Avicennae, وقد اختصرناه بتنبيهات ضرورية (*ibid.*); 10⁰ Commentarium composuit in opus oneirocriticum, c. t. فرائد الفوائد [2] (f. 230 r.); 11⁰ مؤاخذات in opus astrolo-

---

1) Inseruntur inter verba in ed. Spreng. p. ٨٧, vs. 5 الهلاكوئى et haec: وزيج ابن الشاطر غاية وزيج العلامة السلطان ألغ بيك واهل اليه المنتهى.

2) Laudatur hic liber quoque in edit. Sprenger, p. ٧٣, vs. 2. Alterutrum statuere necesse est: sive quoque in eâ editione additamenta exstant, scripta post mortem Akfánii, sive perperam editor H.-Khalifae auctorem libri فرائد الفوائد eundem censuit cum celeberrimo Ibn-Dukmak, qui obiit anno 809.

gicum[1] رسالة فى تصحيح المغنى لابن هبقندى (f. 230 v.); 12° رسالة فى تصحيح امر الكيميا وما يجب ان يعتقد فيها (f. 233 r.); 13° excerptum fecit e libro Ibn-Wahschíyae, c. t. الفلاحة النبطية quod appellavit ثمرة الفلاحة. Opus hocce in nostrâ bibliothecâ exstat, Cod. Warn. 524 (supra III, p. 215, n. MCCLXXXII). Denique nobiscum communicat f. 234 v. (quoque in ed. Sprenger. p. ٨.) al-Mutamin ibn-Hud (المؤتمن بن هود) inchoasse opus omnes Geometriae partes comprehendens, quod appellaverat الاستكمال, morte autem maturâ consilio hujus irrito facto, se ipsum hoc Deo volente esse perfecturum (f. 235 r.).

Haec altera editio utilis est propter magnum numerum titulorum librorum additum, non vero arte est facta. Unum hoc memorasse sufficit. Ubi al-Akfání de *nostro* tempore, *nostro* magistro, *nostro* libro loquitur, hic idem legimus e. g. ed. Spreng. p. ٨٧, vs. 6 فى زماننا quoque sic in Codice nostro f. 238 r., vs. 1 habetur; in utraque editione passim laudatur شيخنا جمال الدين بن واصل (+ 697); in ed. Spreng. p. ٩٣, vs. 2 كتابنا, idem apud nostrum f. 223 v., vs. ult. legitur, cet.

Incertum est utram editionem offerat Cod. Vindob. 2, nam descriptioni Cl. Flügel uterque titulus praemittitur. Prioris editionis exemplaria sunt Escur. 944; MS. Bonon. apud Hammer, VII, p. 5.

Pag. 4, l. 11 »recens'', nempe anno 977 scriptus.

Pag. 9, l. 12: l. (Cod. 474(41) Warn.)

Pag. 9, ann. 1. Cf. Geiger, *Was hat Mohammed* cet., p. 115 sqq. R. D.

---

1) Sic. In ed. Spreng. p. ٧٣, vs. 9 لابن هيتا.

Pag. 11. *Inserendum post* n. XIV:

MMDIX. (Cod. 759(6) Warn.)

Ejusdem auctoris libellus cujus idem fere est titulus (مَقَالَةٌ فِي ٱلرَّدِّ عَلَى أَنْمُوذَجِ ٱلْعُلُومِ ٱلْجَلَالِيَّةِ), in quo ad-Dewánium refutare pergit. Sunt 9 pagg., at opusculum in fine mancum est, fortasse ab ipso auctore non absolutum. Idem saltem librarius alterum addidit tractatum cui huncce tribuit titulum: مَقَالَةٌ أُخْرَى فِي ٱلرَّدِّ عَلَى بَعْضِ كَلِمَاتِ جَلَالِ ٱلدِّينِ لغياثِ ٱلدِّينِ ٱلْمَنْصُورِ, in fine vero adscripsit verba: تم ما كتب الاستاذ, quapropter neque hunc tractatum, qui 7 fere pagg. implet, absolutum esse suspicor. De Codice ipso vide ad n⁰ XIV.

P. 13, l. 4 a f. Probabile est, quod jam statuit Cl. Wüstenfeld, *Arab. Aertze u. s. w.*, p. 115, n. 22, titulo حدائق الانوار فى حقائق الاسرار idem opus designari quod titulo جوامع العلوم. Hoc saltem certum est fragmento illo libri حدائق الانوار et Capp. 38 *b*—40 libri جوامع العلوم verbotenus eadem contineri, nisi quod in illo ad finem duae tabulae inveniuntur in Codice XVI desideratae. Solet ar-Rázi in exponendis singulis disciplinis primum tractare *principia* earum *manifesta* (الاصول الظاهرة), dein *intricatiora* (الاصول المشكلة), tandem *experimentalia* (الاصول الامتحانية). Fragmentum nostrum incipit ab alterâ parte Capitis 38 et ad finem Cap. 40 pergit. Quod Caput 39um indicis laudati in hoc Codice inscribitur 29um, manifestum est librarii vitium.

Conjectari posset librum حدائق الانوار esse alteram editio-

nem operis جوامع العلوم, viginti disciplinis auctam (v. Catal. Codd. Paris. p. 290 et H.-Kh. III, p. 119, coll. II, p. 560), sed tunc simul admittendum est partem certe libri ab auctore non fuisse mutatam, quum alteram ejus editionem procuraret.

Pag. 14, l. 10. Annus mortis Táschköprizâdeh non est 996. Hádjí-Khalífa hìc sibi non constat. Septies decies in editione Flügelii memoratur annus 968, octies annus 962, bis annus 969, semel 963 et semel 967. Cl. Flügel (Catal. Codd. Vindob., I, p. 25, ann.) annum 968 secundum Atájí praefert.

Pag. 15, l. 4: *pro* anno 998 *lege* anno 996.

Pag. 16, l. 3 a f.: l. Motazilitis, et dele ann. 2, nam credo nunc cum V. V. Cl. Gildemeister, *De Evangeliis in arabicum e simplici syriaca translatis*, p. 32 sqq., Flügel et Fleischer in *Zeitschrift d. d. m. Ges.*, XX, p. 32, 33, pronuntiandum esse Motazilitae, non Motazalitae. R. D.

Pag. 17, l. 1: *pro* 398 sqq., 461 sqq. *lege* p. 398—469.

Pag. 17, l. 3: *pro* descripsit *lege* describi curavit, *et cf.* Prologus, p. XIV sq. (Corrigenda ad Vol. I).

Pag. 17. *Post* n. XXV *inserendum:*

MMDX. (Cod. 1416.)

Hamakeri versio Latina initii operis Hádjí-Khalífae. Continet quae in editione Flügelii leguntur Tom. I, p. 1—32.

Codex emtus ex Bibl. Hamakeri (*Catal.* p. 113 n. 13).

---

## GRAMMATICA.

Pag. 23, l. 1: *lege* (Cod. 1016(1) Warn.).

Pag. 23, l. 6: *pro* Duos — Codices, *lege* Duo — apographa.

Pag. 25, l. 15: *pro* 745 *lege* 473 (Errata ad Vol. I.).

Pag. 29, l. 9. Codicem 642 in clade quae urbi nostrae anno 1807 accidit, interiisse dicens, in eundem incidi errorem in quem incidit Cl. Weijers (*Orient.* I, p. 351). At vero Codex jam Reiskii tempore deërat, cf. Prologus, p. XX sq. (Corrigenda ad Vol. I).

Pag. 30, *ad* n. LIV: Cod. Bodl. (Uri) 1067(2) non 1067(3) sic inscribitur: شرح كتاب الهادى للشادى من تاليف الشيخ الامام الاجلّ السيد صدر الافاضل احمد بن محمد الميدانى شكر الله سعيه.

1) Initium in hoc Codice est اما بعد حمد الله فتاح القلوب مناح الغيوب ; Cod. sequens 1294(4) pro مناح habet سَنّاح. Vir ille doctus vocatur سعيد الدين محمد الاستراباذى ; pro سعيد الدين Cod. 1294(4) offert سعد الدين.

**MMDCLI.** (Cod. 981(18) Warn.)

رسالة فى اداب البحث, auctore Ibn-Kemál-Páschá (+ 940). Incipit الحمد لمن حفظ المؤمنين عن الخطاء. Sunt 3 pagg.

Alterum exemplar MS. Hammer. 377(12) in *Wiener Jahrb.* B. 85, *A.-Bl.* S. 57.

# VOLUMEN QUARTUM.

KORAN EJUSQUE LECTIO ET EXEGESIS.

Pag. 3. *Post* n. MDCXX *inserendum:*

MMDCLII. (Cod. 1945.)

Koranus anno 1694 scriptus in insula Manipa prope Ambon, a batoŭ Langkáij, imámo Tomilêhoŭ, ab initio et fine coloribus ornatus.

Hic illic versio interlinearis Malaïca adscripta est. Fuit olim e libris E. Scheidii.

MMDCLIII. (Cod. 1676 *a.*)

Fragmentum Korani, nempe Sur. 38—66, الجزء الثامن والعشرون.

Emtus e bibl. Rev. van Voorst, vid. *Catal.* n. 39.

MMDCLIV. (Cod. 2021.)

Fragmenta Korani, nempe partes (جزء) sexta, quae incipit a Sur. 4 vs. 147, septima et octava, quae pertinet ad Sur. 7 vs. 85.

Pag. 35 *ad* n. MDCLXXXVII:

Praefatio in hoc Codice male ligata est. Nempe folium 2dum ponendum est post fol. 4tum.

Pag. 41 *ad* n. MDCXCIX: Inter fol. 35 et 36 insertum est folium alibi reponendum, nempe in Comment. ad Sur. 2 vs. 50 seqq.

Pag. 41, vs. ult. De anno mortis Táschköprizádeh vid. supra ad I, p. 14.

Pag. 42. *Post* n. MDCCII *inserendum:*

MMDCLV. (Cod. 1667).

تفسير زواره[1]. Amplus Commentarius Persicus in Koranum auctore Fakhro-'d-dín Alí ibn-Hosain az-Zowáraí (sic الزوارئى), qui in interpretando Alíi praesertim merita praedicare ob oculos habuit.

Initium حمد بيحد وشكر بلا عد منعمىرا سزد كه شقائق حقائق قرانى الخ. In Codice nostro Ṣurae 1—7 explicantur.

Volumen magnum 399 foliorum sine anni notâ.

Codex anno 1860 Amstelodami emtus e bibliothecâ Rev. van Voorst (*Catal.* p. 5, n. 40).

Alia exemplaria: Tippoo Sultan 22 (in quo Surae 1—18 explicantur; v. *Catal.* p. 171); Societ. Asiat. Calcutt. (*Catal.* p. ٨٩).

---

TRADITIO PROPHETAE EJUSQUE SOCIORUM.

Pag. 74. *Post* n. MDCCXL *inserendum:*

MMDCLVI. (Cod. 1677.)

Commentarii magni Persici in opus Mischkáto-'l-maçábíh,

1) In Catal. Societ. Asiat. Calcutt. p. ٨٩ زوارى.

tomus, ut videtur, tertius. Incipit enim a libro qui inscribitur الاداب (in editione lithogr. Delhi 1852, p. ٣٨٩) et continet usque ad finem operis.

Commentator, cujus nomen me latet, recentior est. Inter alios laudat Sojutíum (+ 911).

Spissum volumen (1001 foll.) nitide est exaratum.

Codex anno 1860 emtus est e bibl. Rev. van Voorst (*Cat.* n. 41).

Pag. 77. *Post* n. MDCCXLIV *inserendum:*

MMDCLVII. (Cod. 1366(1).)

جُزْءٌ مِنْ مَرْوِيَّاتِ ابن قُطْرَال manu Makrízii scriptum. Olim, ut fere certum fecit Cl. Dozy, *Notices sur quelques manuscrits arabes*, p. 27, pars fuit Cod. 360 in eoque statim sequebatur opusculum Ibn-Habíbi. Ex primo hujus Codicis folio desumsi titulum supra datum. Ipsum opusculum inscribitur:

الجزء من عوالى مرويات الفقيه المحدث الزاهد ابى عبد الله محمد بن القاضى ابى الحسن على بن عبد الله بن قطرال

رواية العلامة جلال الدين ابى عبد الله محمد بن احمد بن اميين الاقشْهرى عنه

رواية قاضى القضاة بمكة المشرفة كمال الدين ابن الفضل محمد ابن احمد النويرى عنه

رواية كاتبه احمد بن على بن عبد القادر بن محمد المقريزى الشافعى عنه ۞

Sequuntur testimonia discipulorum Makrízii qui annis 839 et 841 hoc opusculum coram eo legerunt.

Quatuor tantum folia supersunt. Sequitur unum folium ad tractatum de hereditate, ut videtur, pertinens.

**MMDCLVIII. (Cod. 560(17) Warn.)**

كتاب رفع الريب فى خضاب الشيب. Compilatio traditionum de capillis canis tingendis, quae auctorem habet Mohammed ibn-Mokbil Hanbalitam. In titulo enumerantur fontes. Sunt 13 foll. Cf. Dozy, *Notices sur quelques manuscrits arabes*, p. 24 seq.

Anni nota caret, sed cum Makrízii opusculis uno tempore exaratum esse videtur i. e. circa annum 841.

---

## JURISPRUDENTIA.

Pag. 114. *Post* n. MDCCXC *inserendum:*

**MMDCLIX. (Cod. 1959.)**

Alterum exemplar Commentarii فتح القريب in librum Abu-Schodjá'i, sine anni nota, incomte exaratum.

Emtus est codex in auctione librorum Cl. Millies anno 1870.

Pag. 121. *Ad* n. MDCCCV *adde:*

Ex editione Calcuttensi anni 1858 hîc tantum in nostro Codice perturbato et fragmentario habemus:

Pag. ١ — p. ٣ l. 5 = Cod. f. 1 et 2.

Pag. ٨ l. 10—p. ٢٩ l. ult. = Cod. f. 3—f. 16.

Pag. ٣٣ l. 14—p. ٤٢ l. ult. = Codicis folia 6 ultima (f. 127 —132).

Pag. ٩١ l. 8—p. ١٠٥ l. 8 a f. = Cod. f. 17—f. 26.

Pag. ١٣٦ l. 5—p. ٢٥٦ l. 10 a f. = Cod. f. 47—finem i. e. f. 126.

Pag. ٣١. l. 1—p. ٣٣٩ l. 1 = Cod. f. 27—f. 46.

Pag. 130, vs. 14 seq. Scripsit al-Khabbáb ca annum 762, eratque coëtaneus Ibno-'l-Khatíbi, qui vitam ejus dat in opere *al-Ihâta*, ut docuit me Cl. Dozy.

---

### ARS POLITICA, ETHICA.

Pag. 199. *Post* n. MDCCCCXLIII *inserendum:*

### MMDCLX. (Cod. 1924.)

Fragmentum operis ethici, anno 718, teste subscriptione, conscripti ab Ibrahím ibn-Hosain ibn-Alí al-Faradhí (Cod. القرصى) al-Háfith, cujus opus paraeneticum memoratur ab H.-Khal. VI, p. 213 seq. sub titulo منهاج المذكرين ومعراج المحذرين. Continetur hoc fragmento major pars operis, nempe ربع المُهْلكات divisa in septem capita, quae inscribuntur 1um كسر شهوة البطن والفرج, 2dum آفة الغضب والحقد, 3tium فضيلة الصمت وآفات اللسان, 4tum ذم الجاه والحسد, 5tum ذم البخل وحب المال, 6tum ذم الدنيا, 7mum ذم الكبر والعجب والريا, et ربع المنجيات decem capitibus constans, 1mum التوبة, 2dum الصبر والشكر, 3tium الخوف والرجاء, 4tum الفقر والزهد, 5tum التوحيد والتوكل, 6tum المحبة, 7mum النية والاخلاص والصدق, 8vum المحاسبة والمراقبة, 9num التفكر, 10mum الموت وما بعده. Ex iis quae perierunt laudatur in fine capitis فضيلة الصمت الخ, caput كتاب الامر بالمعروف. Restant hujus partis

operis mancae tria folia, in quibus sermo est de cordis morbis deque medela eorum. Discimus hinc auctorem pertinuisse ad sectam monasticam Kádiritarum (القادرية), dum aliunde patet, eum Sufismi sectorem non fuisse. In margine ad finem capitis فضيلة الصمت الخ legimus: وفاة سيدى الشيخ ابى الحسين الشالى فى سنة ٦٨٦ من الهجرة النبوية تمت طبقات, quae videtur ipsius auctoris esse annotatio.

Codex noster ex exemplari, quod ex autographo fluxit, descriptus est anno 1257 (1841), probabiliter in Abessinia. Repertus enim est in castris Theodori imperatoris apud Magdalam, et bibliothecae donatus a Viro Nob. J. F. E. Prince ex urbe Gouda, qui expeditioni Anglicae interfuit, una cum sex foliis libri Aethiopici typis expressi, nunc cum hoc fragmento compactis.

---

## THEOLOGIA DOGMATICA.

Pag. 229. *Post* n. MDCCCCLXXVIII *inserendum:*

### MMDCLXI. (Cod. 1902.)

Tomi duo primi Librorum Sacrorum Drusorum. Tituli capitum quae iis continentur, leguntur apud Silvestre de Sacy »Exposé de la religion des Druzes'', I, p. CCCCLXVI—CCCCLXXXI.

Codex bene est exaratus. Anni nota caret.

Donum Nob. T. Lycklama à Nyeholt.

Pag. 305. *Post* n. MMCXXII *inserendum:*

### MMDCLXII. (Cod. 1903(1).)

Opus, cujus primum folium mutilum est, ita ut de titulo

tantum supersint كتاب ترجمهٔ رساله. Neque de auctore mihi constat. Est autem liber theologicus in 13 capita divisus, quorum primum inscribitur ايمانك حقيقت وصفت بياننده در, secundum كلمات كفر بياننده در, decimum tertium عقيقت بياننده در.

Codex anno 970 exaratus est a Hámid ibn-Orudj Agha, sed atramento malae notae, quo litterae singularum paginarum in oppositis vestigia impresserunt, adeo ut magna pars Codicis legi nequeat, aut saltem lectu difficillima sit.

Donum viri docti W. Pleyte (anno 1869).

---

# VOLUMEN QUINTUM.

### THEOLOGIA MYSTICA.

Pag. 18, vs. 11 l. (Cod. 975 Warn.)
Pag. 62. *Post* n. MMCCCCXL *inserendum:*

### MMDCLXIII. (Cod. 1903(2).)

Codex, lectu difficillimus, ut prior Codicis pars, de qua vid. supra p. 258 n. MMDCLXII. Agit autem de Schaikho Abdollah Simáwí, qui nomine Iláhí inclaruit (+ 896) de ejusque doctrina.
De origine Codicis vid. supra l. l.

# CODICES ORIENTALES

## BIBLIOTHECAE ACADEMIAE RHENO-TRAJECTINAE

DESCRIPTI

A

P. DE JONG
Litt. Or. in ea Acad. Prof.

## CODICES RHENO-TRAJECTINI.

### MMDCLXIV. (Cod. 1 Hebr.)

Pentateuchus. Accedunt Haphtharae, quae singulis Paraschis respondent.

Codex nitide scriptus anni notâ caret.

### MMDCLXV. (Cod. 2 Hebr.)

Prophetae posteriores. Codex acephalus, incipiens a Jes. 28: 24, sed hinc pergens ad finem (Mal.).

Exemplar bene exaratum sine anni notâ.

### MMDCLXVI. (Cod. 3 Hebr.)

Liber Esther. Charta convoluta absque anni notâ.

E bibliothecâ Prof. Swijghuisen Groenewoud.

### MMDCLXVII. (Cod. 4 Hebr.)

Mezuza (מְזוּזָה) i. e. charta, in qua duae pericopae Deut. 6: 4—9 et 11: 13—21 scriptae sunt, quamque, capsulae immissam, Judaei posti affigere solent.

Scriptura est Germanica.

E biblª. ejusdem.

### MMDCLXVIII. (Cod. 5 Hebr.)

Alterum simile exemplar.

E biblª. ejusdem.

MMDCLXIX. (Cod. 6 Hebr.)

Commentarius celeberrimus in Jobum, auctore R. Levi ben Gerson sive Ralbag (+ 5130, a Chr. 1370), qui opus, teste libri subscriptione, a⁰ 5086, a Chr. 1326, ad finem perduxit.

Codex anni notâ caret.

E bibl^a^. ejusdem.

MMDCLXX. (Cod. 7 Malaïcus.)

Versio Malaïca I libri Samuëlis usque ad Cap. 8: 12.

E bibl^a^. ejusdem.

MMDCLXXI. (Cod. 8 Malaïcus.)

Vita prophetae Mosis, Malaïce.

Codex a Francisco Valentino, V. D. M., dono datus est Viro Clar. Hadriano Reland.

MMDCLXXII. (Cod. 9 Turc.)

Apographon *Grammaticae Turcicae, auctore Guilielmo Seaman, Oxonii*, 1670, factum anno 1717 a Joh. Everhardo Ravio in suum usum.

E bibl^a^. Prof. Swijghuisen Groenewoud.

MMDCLXXIII. (Cod. 10 Arab.)

تَقْدِيمُ أَبِى بَكْر sive, ut in margine exteriore legitur, شرح البديعيّة لابن حَجّة, auctore Abu-Bekr *ibn-Haddjah* al-Hamawí al-Hanafí (+ 837), qui opus suum, quemadmodum in fine Codicis legitur, anno 826 composuit. V. de hoc libro supra hujus Catalogi Vol. I, p. 140 et 141.

Exemplar nostrum, quod olim Golii, deinde Hadriani Relandi fuit (v. Index MSS. Relandi post librum ejus *De religione Mohammedica* n. XVI), anno H. 1005 nitide exaratum est in usum Abdorrahmáni ibn-Ahmed ibn-Abdollah ibn-Ahmed al-Djiblí et 444 paginas in folio complectitur.

MMDCLXXIV. (Cod. 11 Arab.)

Tres epistolae ab Imperatore Marocano Abu-'l-Hasan Alí ibn-Ismá'íl anno 1148 (= a. Chr. 1735) scriptae ad Capitanum Hendricum Lijnslager, quibus eum rogat ut cum Abdollah الجرى, legato ejus, in urbe Salá (سلا) de pace et captivis redimendis agere velit.

MMDCLXXV. (Cod. 12 Pers.)

Collectio diplomatum et libellorum supplicum in usum Danielis Havart anno 1090 (= a. Chr. 1679) scripta a quodam شاه قاسم[1]. Havart plerisque addidit versionem Belgicam.

E bibl. Prof. Swijghuisen Groenewoud.

MMDCLXXVI. (Cod. 13 Arab.)

*Al-Haririi* (+ 516) Consessus VII—L, additâ praefatione. Est apographon, cujus pars prior (v. p. 85) usque ad finem fere Consessus XXII; descripta est e Codice Leidensi, posterior e duobus Codicibus Cl. Scheidii (v. *Catal. Codd. Or. Bibl. Acad. Reg. Scient.* p. 107 ann. 2). Nomen scribae non memoratur.

E bibl. ejusdem.

MMDCLXXVII. (Cod. 14 Arab.)

Septem *Mo'allakát* cum Commentario *at-Tibrizii* (+ 502). Est apographon Codicis Warn. 292 (v. supra *Catal.* II, p. 3) a Schrödero, nisi fallor, factum.

E bibl. ejusdem.

MMDCLXXVIII. (Cod. 15 Arab.)

In hoc Codice reperiuntur:

---

1) V. *Catalogus Codd. Or. Bibl. Acad. Reg. Scient.* p. 215 sub n. CLXII.

1°. الكلم النوابغ auctore *az-Zamachschari* (+ 538), v. *Catal. Codd. Or. Bibl. Acad. Reg. Scient.* p. 102 seqq.

2°. المقصورة auctore *Ibn-Doraid* (+ 321) cum scholiis excerptis *ibn-Chálawaihi* (+ 370), cf. l. l. p. 127. Scriba usus est Codicibus Leidensibus, saltem Cod. 121(2), v. supra *Catal.* II, p. 47.

3°. Zohairi *Mo'allakah* (cf. Arnold p. ٩٨ seqq.)

Est apographon eâdem manu scriptum atque Cod. 13.

E biblâ. ejusdem.

MMDCLXXIX. (Cod. 16 Pers)

Diwán poëtae Háfith (+ 792), v. H.-Khal. III, p. 272.

Anni nota deëst. Alia exemplaria memorantur supra II, p. 118.

Jacobus Golius anno 1643 hunc Codicem permutatione cessit Christiano Ravio 1, qui eum dono dedit Bibliothecae Rheno-Trajectinae.

MMDCLXXX. (Cod. 17 Turc.)

Operis al-Makrízii (+ 845) c. t. الخطط versio Turcica. Cf. H.-Khal. III, p. 161 et VI, p. 232.

Codex nitide scriptus anni notâ caret. Alia operis Arabici exemplaria memorantur supra II, p. 182 seq.

Christianus Ravius (v. ad num. praec.) Codicem dono dedit Bibliothecae Rheno-Trajectinae.

MMDCLXXXI. (Cod. 18 Arab.)

Vita Tamerlanis sive Tímuri, auctore Ibn-Arabscháh (+ 854), et quidem editio Golii anni 1636 cum annotationibus Alberti

1) Hic vir, anno 1613 Berolini natus et anno 1677 Francofurti ad Oderam mortuus, in Academiâ Rheno-Trajectinâ et alibi linguarum Orientalium Professor fuit.

Schultens et Reiskei et cum variis lectionibus Codicum MSS., collectis, ut videtur, a G. J. Lette.

E bibl[a]. Prof. Swijghuisen Groenewoud.

MMDCLXXXII. (Cod. 19 Arab.)

Alterum exemplar cum annotationibus, nisi fallor, Schröderi.

E bibl[a]. ejusdem.

MMDCLXXXIII. (Cod. 20 Turc.)

تواريخ آل عثمان. Historia 'Othmánica inde ab 'Othmáno, hujus dynastiae auctore, usque ad regnum Bájazídi II[i] et quidem ad annum H. 896.

Codex, lacunis laborans, anni notâ caret.

Christianus Ravius (pag. praec., ann. 1), qui Codicem Constantinopoli acquisiverat, eum anno 1643 Bibliothecae Rheno-Trajectinae dono dedit.

Alia exemplaria exstant in Bibl. Goth. 149 (apud Pertsch, *Catal.* S. 121), Havn. X (*Catal.* III, p. 55) et Vindob. 985 (ap. Flügel *Catal.* II, p. 208).

MMDCLXXXIV. (Cod. 21 Arab.)

Euclidis *Elementa* (στοιχεῖα) Arabice. Textus, in 15 Makálas (libros) divisus, convenit cum textu Graeco, a Gregorio anno 1703 Oxoniae edito.

Codex, cujus primum folium periit, anno خفه (i. e. 685) optime scriptus est, sed praesertim versus finem nonnihil vermibus laesus est.

MMDCLXXXV. (Cod. 22 Arab.)

„نهاية الادراك في هيئة الافلاك", auctore Kotbo-'d-dín as-Schírází (+ 710), v. H.-Khal. VI, p. 396 seq., sed tantum pars posterior, nempe Makála 3[a] quae 13 capitibus agit في هيئة الارض et Makála 4[a] quae f. 58 incipit et 10 capitibus agit في معرفة مقادر الابعاد والاجرام.

Codex anni notâ caret, sed antiquus est.

Christianus Ravius anno 1639 Constantinopoli eum acquisivit et postea dono dedit Gerbrando Ansloo, qui eum Bibliothecae Rheno-Trajectinae obtulit.

Alia hujus operis astronomici exemplaria servant Bibl. Bodl. (Uri) 924, Mus. Brit. 399 et Lugduno-Bat., v. *Cat.* III, p. 114.

MMDCLXXXVI. (Cod. 23 Arab.)

Tabulae astronomicae (تقويم), incerto auctore. Codex mutilus, sed valde antiquus.

Donum ejusdem Christiani Ravii.

MMDCLXXXVII. (Cod. 24 Pers.)

Codex complura opuscula continens de alchymiâ, medicinâ et physicâ, sed omnia, ut videtur, serioris aetatis et minoris pretii.

Primum exstat p. 1—59 et inscribitur در بيان تركيبات خوردنى, secundum p. 65—194 مجموعه الصانع[1] vocatur, cui p. 195—224 simile opusculum accedit. Pag. 225 novus tractatus incipit, in 7 capita divisus, quorum singulorum argumentum deinceps desumtum est ex operibus virorum حميد الدين ناكورى, سليمان هندى, كيان جوكى cet.; desinit p. 268. Pag. 273—317 sequuntur ابيات در كيميا. Inde a p. 321—376 reperitur opusculum تجارت شهريارى dictum, auctore شهريار بن همزه پارسى in 20 capita divisum, quorum Codex non nisi 7 complectitur. Pag. 385—400 exstat façl sive sectio e libro مقاليد الكنوز. Pag. 401—544 legitur opus, مجموعه الصانع[2] vocatum [cf. supra opusculum p. 65—194] et in 40 capita divisum. Pag. 545—802 exstat magna collectio praeceptorum. Pag. 803—818 رساله در معرفت حيوانات, complectens 40 capita. Pag. 818—

1) Alibi p. 67 الصايع.

2) Alibi p. 403 از صانع, sed cf. p. 541 in marg.

824 denique quaedam praecepta adduntur.

Codex anni notâ carens, totus scriptus est a شاصفى (p. 541 شاه صفى).

E bibl^a. Prof. Swijghuisen Groenewoud.

MMDCLXXXVIII. (Cod. 25 Arab.)

„كتاب الازهار، فى معرفة الاحجار“, quemadmodum titulus in initio legitur, auctore Abu-'l-Abbás Ahmed ibn-Jusof ibn-Mohammed at-Tifáschí († 651). Cf. de hoc opere *Journ. Asiat.* 1868, I, p. 5—81.

Codex noster, olim Hadriani Relandi, in usum Emiri eleganter scriptus est anno H. 759 aut fortasse 769 et paginas 208 continet.

Alia exemplaria memorantur supra *Catal.* III, p. 216 seq., quibus adde Mus. Brit. 435(1), 436(1) et 999.

MMDCLXXXIX. (Cod. 26 Arab.)

Commentarii in *quaestiones medicas* Honaini ibn-Isháķ († 260), auctore Abu-'l-Kásim Abdorrahmán ibn-Alí *ibn-abi-Çádik*, qui saeculo H. 5° exeunte floruit, pars quarta, sive sectio *nona* et *decima*, finis igitur operis [1]. V. de hoc libro et aliis exemplaribus supra *Catal.* III, p. 230.

Codex anno H. 632 Damasci optime et nitidissime exaratus

1) Locus quem H.-Khal. IV, p. 127 e fine hujus Commentarii laudat plura vitia continet. En praecipuas variantes lectiones: l. 6 Cod. om. علمًا; l. 8 post اجمعوا Cod. ins. على et pro بزوال offert بزاول; l. 9 Cod. sic habet: كان اهل الاسكندرية لخصوها ليقراها المتعلمون فى مجالس الملوك, tum 4 lineas, ab H.-Khal. omissas, insert et deinde pergit: (Cod. denuo ins. 1½ lin.) ولما قصرت همم المتاخرين عن ذلك ايضًا وظف اهل المعرفة بهذا العلم على من يقنع من الطبّ بان يتعاطاه; l. 11 Cod. والثالث احد الكنانيش الجامعة للعلاج.

est ab ابرهيم بن محمد بن طرخان بن محمود الانصارى المتطبب السويدى.

Christianus Ravius hunc Codicem, anno 1640 Constantinopoli emtum, Academiae Rheno-Trajectinae dono dedit.

### MMDCXC. (Cod. 27 Arab.)

**Koran.**

Codex anno 1749 nomine patris Henrici Swellengrebel, Gubernatoris Promontorii Bonae Spei, ab hujus filio Bibliothecae Academiae Rheno-Trajectinae dono datus est.

### MMDCXCI. (Cod. 28 Arab.)

**Alterum exemplar.**

Codex anno H. 1051 scriptus.

### MMDCXCII. (Cod. 29 Arab.)

**Tertium Korani exemplar.**

Codex recentioris aetatis, anno 1831 a Viro Vener. Diderico Lenting, Theol. Doct. et Homiletâ in urbe Bataviâ, Bibliothecae nostrae dono datus.

### MMDCXCIII. (Cod. 30 Arab.)

**Fragmenta Korani, nempe ab initio — Sur. 2 vs. 209 et Sur. 3 vs. 54 fin. — vs. 151 init.**

E bibl[a]. Prof. Swijghuisen Groenewoud.

### MMDCXCIV. (Cod. 31 Arab.)

**Fragmenta Korani, nempe جزء ٢١–٢٩ sive Sur. 29 vs. 45 — Sur. 51 vs. 30 et جزء ٢٩ et ٣٠ sive Sur. 67 — Sur. 114.**

Codex recentioris aetatis, anno 1871 Bibliothecae nostrae dono datus est a viduâ viri consultissimi Spengler.

### MMDCXCV. (Cod. 32 Arab.)

**Koran typis impressus Hinckelmanni, Hamburgi, 1694, ad-**

ditâ versione Latinâ N. G. Schröderi, anno 1737 absolutâ. Adjectae sunt in margine aliquot annotationes.

E bibl[a]. Prof. Swijghuisen Groenewoud.

MMDCXCVI. (Cod. 33 Arab.)

Commentarii in Koranum, auctore al-Beidháwí (+ 685), pars prior, pergens ad finem Surae 18.

Codex anni notâ caret.

MMDCXCVII. (Cod. 34 Pers.)

Commentarius Persicus in Koranum, auctore Hosain Káschefí (+ 910) et quidem brevior ille, quem, teste praefatione, anno 897 composuit et in honorem Emíri Alíschír مواهب عليّه' inscripsit. Cf. H.-Khal. II, p. 360 et 641.

Codex bene scriptus est anno H. 926.

De aliis exemplaribus v. supra *Cat.* IV, p. 39.

MMDCXCVIII. (Cod. 35 Arab.)

Commentarius celeberrimus in opus وقاية الرِّوَايَا، فى مسائل الهِدَايَا „, ab auctoris nepote Obaidolláh ibn-Mas'ud ibn-Tádjo-'s-Schariah, vulgo *Çadro-'s-Schariah at-thání* dicto, compositus et, teste H.-Khal. VI, p. 460, anno 743 ad finem perductus.

Codex qui 251 folia in fol. continet et multas glossas marginales adscriptas habet, anno H. 1058 exaratus est.

De aliis exemplaribus v. supra *Cat.* IV, p. 120 et 121.

MMDCXCIX. (Cod. 36 Arab.)

Compendium juris secundum ritum Hanafitarum, المُخْتَار للفَتْوَى dictum, quod Abdolláh ibn-Mahmud ibn-Mawdud Abu-'l-Fadhl al-Mauçilí (+ 683) juvenis composuit, v. H.-Khal. V, p. 436.

In nostro Codice posterior praefationis pars et etiam initium ipsius operis (i. e. initium sectionis q. d. كتاب الطهارة) perierunt. Folium in nostro Cod. 2um incipit a verbis, quae in Cod. Warn. 1003 leguntur fol. ٣ verso l. 2. Etiam finis operis deëst: desinit enim Codex verbis, quae in Cod. Warn. exstant fol. ١٣٣ r., l. 4 a f. Tota igitur sectio كتاب الفرائض desideratur.

Codex hic, e biblâ. Prof. Swijghuisen Groenewoud, legitur relictus fuisse a Turcis post obsessam Viennam a° 1685.

De exemplaribus alibi obviis v. supra *Cat.* IV, p. 126.

## MMDCC. (Cod. 37 Arab.)

Opusculum juridicum secundum ritum Maleki c. t. in Codicis initio كتاب العشماوية فى الفقه, auctore imámo Abdo-'l-Bári al-Aschmáwí ar-Rifá'i, cujus aetas mihi non innotuit. In praefatione dicit: سألنى بعض الأصدقاء ان اعمل مقدّمةً فى الفقه على مذهب الامام مالك بن انس رضه فاجبته الى ذلك راجيًا للثواب.

Codex mutilus est: 10 folia priora tantum supersunt, in quibus agitur de lotione et precibus, cetera perierunt.

Hic Codex, e biblâ. Prof. Swijghuisen Groenewoud, Relandi videtur fuisse, v. Cat. MSS. ejus p. 11 n. 17.

Alterum exemplar exhibet Cod. Mus. Brit. 250(1).

## MMDCCI. (Cod. 38 Arab.)

نصيحة الملوك, auctore celeberrimo al-Ghazzálí (+ 505). Opus politicum, persice conscriptum, ab anonymo *arabice* versum hîc habemus. Verba initialia eadem sunt quae tradit H.-Khal. VI, p. 353. Ultimum caput (7um) inscribitur فى تعب النساء وذكر ما فيهنّ من خير وشرّ.

Codex, anno Christi 1643 scriptus, anno sequenti Bibliothecae Rheno-Trajectinae dono datus est a Christiano Ravio, qui in animo habebat librum Latine vertere.

Alia exempl.: Mus. Brit. 1433 et 1659. Versio Turc. memoratur in Palmeri *Catal.* p. 59.

MMDCCII. (Cod. 39 Pers.)

اخلاق محسنى, auctore Hosain al-Káschefí, qui anno H. 900 hoc opus composuit. V. supra *Cat.* IV, p. 220 seq.

Codex noster, oriundus e bibliothecâ Hadriani Relandi, ab initio et fine mutilus est, sed paucissima tantum desunt.

MMDCCIII. (Cod. 40 Arab.)

Responsum Mohammedis ibn-abí-Tálib al-Ançárí aç-Çufí ad-Dimischkí[1], quod anno H. 721 scripsit ad tractatum Christianorum Cypriorum, qui religionem Mohammedanorum refutare studebant.

Codex, anno H. 772 bene scriptus, 107 folia in 4⁰ min. continet.

Christianus Ravius in Oriente hunc Codicem sibi comparaverat.

Aliud exemplar mihi non innotuit.

MMDCCIV. (Cod. 41 Pers.)

شواهد النبوه لتقوية يقين اهل الفتوه, auctore celeberrimo Abdorrahmán *al-Djámí* (+ 898), v. H.-Khal. IV, p. 82 seq. et supra *Catal.* IV, p. 299 seq., ubi alia exemplaria memorantur.

Codex scriptus est anno H. 918.

Christianus Ravius, qui hunc coëmerat anno 1640 Constantinopoli, dono eum dedit Bibliothecae Rheno-Trajectinae.

MMDCCV. (Cod. 42 Pers.)

سلسلة الذهب, auctore eodem al-Djámí, v. H.-Khal. III, p. 607. Incipit hoc modo:

1) Aequalis fuit Ibn-Taimíjae (+ 728) et probabiliter idem vir ac notus ille Geographus Schamso-'d-dín ad-Dimischkí (v. supra *Catal.* II, p. 134), qui sec. Catal. Mus. Brit. p. 772 anno H. 727 obiit.

لله الحمد قبل كل كلام بصفات الجلال والاكرام

حمد او تاج تارك سخن است صدر هر نامه نو وكهن است

Alia exemplaria exhibent Cod. Vindob. 594 apud Flügel, *Cat.* I, p. 569, Bodl. (Uri) 119 (p. 293), Ouseley 139—142, item 143, Monac. 88 et 89 apud Aumer, cet.

E bibl[a]. Prof. Swijghuisen Groenewoud.

## MMDCCVI. (Cod. 43 Arab.)

فصوص الحكم, liber a Mohji-'d-dín *ibn-'Arabí* al-Andalosi (+ 638) anno 627 compositus et ab H.-Khal. IV, p. 424 seqq. accuratissime descriptus.

Codex, qui 185 folia in 4º min. continet et in priore ejus parte multas notas marginales adscriptas habet, anni notâ caret.

Dono datus est a Christiano Ravio Berolinensi Viro Gerbrando Ansloo, qui eum obtulit Bibliothecae Ultrajectinae.

Alia exemplaria servantur in bibl. Vindob. nº. 1898 apud Flügel, *Catal.* III, p. 333, et alibi. Commentarii sunt satis frequentes.

## MMDCCVII. (Cod. 44 Pers.)

مصابيح القلوب, auctore Abu-Alí al-Hasan ibn-Mohammed as-Sabziwárí (السبزوارى), qui nomine سليمى innotuit, cujusque aetas in Codd. H.-Khalifae, v. ed. V, p. 573, non notatur et mihi quoque incognita est. Est liber Schiiticus paraenetici et didactici argumenti, in 53 capita divisus, quorum ex. gr. 1um agit فى فضل لا اله الا الله, 5um فى حق والدين, 6um فى زكوة وحج وجهاد, 11um فصل على بن ابى طالب, 12um در صفت تقوى, 14um در ترك دنيا, 15um در قصهٔ ايوب, 52um در قصهٔ سليمان, et 53um قصهٔ يعقوب ويوسف. In ultimo hoc ca-

pite Codex abrupte desinit verbis: بفرمود تا تختترا در خانه بنهادند; custos est ونگاه.

Codex, e bibl[a]. Prof. Swijghuisen Groenewoud, Hadriani Relandi fuit, v. Index MSS. post librum ejus *de Religione Mohammedica* n. XXIV.

Alterum exemplar mihi non innotuit.

---

# CODICES ORIENTALES

## BIBLIOTHECARUM
## GRONINGANAE, DAVENTRIENSIS, LEOVARDENSIS, SOCIETATIS REMONSTRANTIUM AMSTELODAMENSIS CET.

DESCRIPTI

A

M. J. DE GOEJE.

# CODICES GRONINGANI.

### MMDCCVIII. (Cod. a f 2.)

Notissimum Abu-Abdolláh Mohammed ibn-Dáwud aç-Çinhádjii (+ 723) compendium grammatices Arabicae, c. t. المقدّمة الاجروميّة. Cf. hujus Catal. I, p. 43.

Codex manu Africana exaratus est anno 918.
Cat. Bibl. Gron. I, p. 303.

### MMDCCIX. (Cod. a f 2.)

Opusculum a Turca quodam compilatum, in quo formae verborum linguae Arabicae enumerantur, cum explicatione Turcica interlineari. Praefatione prorsus caret et abrupte desinit. Sunt 12 foll. in 8⁰ minore.
Cat. Bibl. Gron. I, p. 308.

### MMDCCX. (Cod. a b 1.)

Institutiones Arabicae et Turcicae linguae ad originem Hebraeorum ac Chaldaeorum renovatae, et quam plurimis exemplis illustratae, auctore Jacobo Christmanno. Absolutâ grammaticâ Arabicâ, speciminis instar habemus cum analysi grammaticali: مقالة ابى جعفر الطبيب فى الاشربة cum praefatiuncula qua docemur hunc medicum scripsisse non diu post annum 444 et vixisse in urbe Hispanica Talabera, et Codicem unde haec descripta sunt, anno 749 fuisse exaratum. Post synopsin gramma-

ticae Turcicae sequuntur Meditationes sermone Turcico cum versione Latina et analysi grammaticali. Fuit autem hic Jacobus Christmannus (1554—1613) Professor in universitate Heidelbergensi, et inter alia edidit anno 1590 »Mohammedis Alfraganii Arabis chronologia et astronomiae elementa''. Cf. porro Jöcher's Gelehrten-Lexicon I, p. 1897.

Cat. Bibl. Gron. I, p. 307.

### MMDCCXI. (Cod. a g 3.)

Ejusdem Jacobi Christmanni Exercitationes linguae Turcicae, quae sunt excerpta e libro Turcico de fide, cum transcriptione Latinis characteribus, versione Latinâ et commentario grammaticali. Textus cum altero Codice collatus est. In fine opusculi non absoluti legitur فى اوسط ذى الحجة سنة تسع وثمانية وتسع ماية بمقام قوسطنطينى »hoc est in principio Januarii, Anno 1582''.

Cat. Bibl. Gron. I, p. 307.

### MMDCCXII. (Cod. a F 3.)

Duo volumina, quibus continetur totum lexicon al-Djauharíi (obiit c^a 400) c. t. الصحاح فى اللغة, sed tribus constant partibus ad diversa exemplaria pertinentia. Prius volumen nempe pertinebat ad exemplar quadripartitum, anno 839 exaratum, ut docet subscriptio ad partem primam, et harum partium continet duas primas, nisi quod folium ultimum partis secundae sit deperditum. Desinit in media voce هزز. Ultimum vocabulum est وهزهزة, et custos paginae اى. Volumen alterum incipit indice capitum, qui a capite الزاى sectione الفاء procedit ad ultimum caput الكاف, f. ١—١٨٧. Sequitur pars lexici in media voce غمز incipiens f. ١ et abrupte desinens f. ١٣٣ in voce ذقف. Iterum hanc excipit index, qui ab initio capitis الفاء ducit ad finem

operis, f. ١—٣٢٩, cui subjungitur pars libri ultima, quae vero demum f. ١٣ incipit et quidem f. ١٣ r. in media voce خوف, f. ١٣ v. post novam bismillam a voce دف. Deinde vero secundum indicem ad finem progreditur et habet subscriptionem, in qua nomen scribae, non vero annus traditur. In hac parte in capite اللام textus turbatus est, quum librarius non animadverterit in suo archetypo duo s. tria folia alieno loco esse ligata a bibliopega.

Sunt haec duo volumina oriunda e bibliotheca Scheidii, qui ea anno 1769 acquisivit.

Catal. Bibl. Gron. I, p. 296.

### MMDCCXIII. (Cod. a F 4.)

القاموس auctore al-Firuzabádí (+ 817).

Codex currente calamo exaratus anni notâ caret. Oriundus est e bibliotheca Scheidii qui anno 1767 eum acquisivit.

Cat. Bibl. Gron. I, p. 299 (ubi perperam dicitur Codicem in membrana esse scriptum).

### MMDCCXIV. (Cod. a g 10.)

Duae chartae convolutae, quarum altera continet varii scripturae generis exempla, altera diploma Turcicum charactere díwání exaratum.

### MMDCCXV. (Cod. a g 8.)

Codex continet duo opuscula Turcica. Alterum continet facetias Nasro'-dín-Khodschae, qui Turcis similis est persona, quae Germanis Eulenspiegel. In nostro Codice inscribitur مناقبات نصر الدين خواجه, in editionibus Bul. et Constantin. لطائف نصر الدين افندى (خواجه). In Bibl. Leidensi quoque est exemplar. Vid. supra I, p. 362 sub n. DII. — Alterum habet titulum دافع الغموم ورافع الهموم et auctorem qui Deli Burâder »frater

jocosus" cognominatus erat (+ 941). Vid. H.-Khal. III, p. 185 et Flügel in Catal. Codd. Bibl. Vindob. I, p. 126 seq., ubi alterum exemplar hujus opusculi describitur.

Codicem anno 1677 acquisivit jure emtionis J. H. Hottinger, verosimiliter ex auctione librorum G. H. Welsch, nam in ultimo folio legitur H. R. W. 1625, quas initiales quoque in alio ejusdem originis Codice vidi, quaeque patris Welschi nomen indicare videntur.

Catal. Bibl. Gron. I, p. 308.

MMDCCXVI. (Cod. a F 5.)

Hamása manu Cl. Schroederi descripta cum scholiis e Tibrízii commentario selectis et notis marginalibus quibus variae lectiones memorantur et loci recentiorum ubi versus Hamásae laudantur. Sunt 689 pagg. in fol.

Catal. Bibl. Gron. II, p. 313.

MMDCCXVII. (Cod. a F 2.)

Versio latina carminis Ibn-Doraidi al-Makçura cum notis, a N. G. Schroeder, adjecta exemplari editionis Scheidii (1768). Proxime accedit haec versio eae quae Cod. Leid. 1946 (supra hujus voluminis p. 176) continetur.

MMDCCXVIII. (Cod. a g 1.)

Poëtae celeberrimi Faidhí (+ 1004) Mesnewí c. t. نل دمن, cujus editio lithographica prodiit Calcuttae anno 1831. De hoc poëta vid. Sprenger, *a Catalogue of the mss. of the king of Oudh*, I, p. 401 seq., ubi laudantur p. 62 et 127, quibus addi potest p. 52, ubi sub nomine Faydhy Fayyádhy occurrit.

Codex, qui anni nota caret, Bibliothecae Groninganae donatus est a Cl. N. G. Schroeder.

Al. ex. in Europa est Monac. 116 (Cat. Aumer, I, 3, p. 38).

Catal. Bibl. Gron. I, p. 308.

MMDCCXIX. (Cod. a g 5.)

Legitur in titulo كتاب يوسف زليخا لذهنى افندى قرفستان زاده سنة ١٠٩٧ et recte describitur in primo folio: »Auctor huius Carminis est Dsahni Efendi filius Karfestanis, qui edidit anno Hegirae 1024. Continet autem Carmen Turcica lingua compositum in laudem Josephi Patriarchae: in quo varia eius fata secundum narrationes fabulosas, quae habentur in Alcorano Cap. XII recensentur: atque praecipue historia uxoris Potipherae, quam Arabes Zuleicha vocant, multis poeticis fictionibus exornatur". In titulo porro legitur الخطّ الواقع فى هذا الكتاب خطّ المصنف وهو ذهنى افندى et subscriptio testatur Codicem absolutum esse in mense Djomáda 2 anni 1024. Hoc igitur autographon poëtae, teste annotatione in primo folio »expugnatâ superioris Hungariae metropoli, Buda, has exoticae raritatis victrici manu abstulit Turcis literarias exuvias, Joh. Schmits, Satrapa Lipp. Swalenburgensis. In cujus benevoli amici testimonium et perpetuam amicitiae tesseram, donationis titulo possidet Henricus Mische A⁰ 1695".

Alterum exemplar mihi non innotuit.

Catal. Bibl. Gron., I, p. 308. Est donum Leonardi Offerhaus, Historiarum Professoris et Bibliothecarii.

MMDCCXX. (Cod. a g 7.)

Describitur in folio ultimo: »Carmina Turcica, charactere, quali Persae utuntur descripta, quibus praecepta religionis et moralis sapientiae exponuntur et inculcantur. Cum liber ab initio sit mutilus, nomen auctoris non comparet". Habemus autem hic diwánum poëtae Oçulí (+ 945), schaikhi Gulschení sectatoris, vid. v. Hammer, *Geschichte der osmanischen Dichtkunst*, II, p. 221. Inter poëmata sunt kaçídae in laudem Iskanderbeg, Isabeg et Abdibeg, et elegia in mortem Gulschenii.

Codicem anno 1609 possedit Daniel Widmer Basiliensis. Ab initio est mutilus, et in posteriore parte tituli poëmatum auro inscribendi (ut in parte priore) desiderantur.

Alterum hujus diwáni exemplar, quantum novi, in Europa non exstat.

Catal. Bibl. Gron. I, p. 302.

## MMDCCXXI. (Cod. a g 6.)

Describitur in ultimo folio »Carmina Turcica in laudem Muhammedis et alia. Liber ab initio et fine mutilus''. Constat autem Codex tribus partibus, quarum prima continet primum poëma 57 versuum in آه, deinde post bismillam plurima carmina in laudem Prophetae, quorum hemistichia sunt homoeoteleuta, quorumque primum incipit

الله آدين ذكر ايده لم اولا    واجب اولدر جمله اشده هر قولا

Abrupte desinit in medio carmine. Custos paginae est فاطميله.

Altera pars constat precibus, ut دعاء جبرائيل, وِرْد شريف cet.; praecedit in uno folio غرّه نامه شيخ بايزيد رحمة الله عليه, in quo exempla data sunt ex annis 1044—1051. Cf. de ejusmodi tabula Pertsch in Catal. Gothano, II, p. 5. Tertia denique et praecipua pars est fragmentum diwáni poëtae Turcici, cujus nomen me latet. Incipit in medio carmine, cujus hemistichia sunt homoeoteleuta; sequens, praecedente, ut ubique deinde, وله ايضا, exorditur versu:

تعالى الله زهى سلطانكه اكا هيچ زوال ايرمز
ملكلك اكا يراشر كه عدل وانتقال ايرمز

Argumenti sunt religiosi, ut hymni in gloriam dei, Prophetae cet. Occupant 47 folia.

Catal. Bibl. Gron. I, p. 302.

## MMDCCXXII. (Cod. a g 2.)

Pars prima operis magni historici c. t. روضة الصفاء, auctore Mirkhondí (+ 903), cui vero deëst praefatio, ut quoque titulus. Exaratum est hoc volumen charactere nestalik et anni nota caret. In folio albo ad finem libri legitur »Codice autem hoc publicam, quae Groningae est, Bibliothecam ornavit Vir celeberrimus et experientissimus Petrus Camper, cum Professoris Medicinae munus auspicaretur".

De exemplaribus alibi asservatis, vid. supra III, p. 3 seq.

Catal. Bibl. Gron. I, p. 301.

## MMDCCXXIII. (Cod. a f 3.)

Compendium medicinae celeberrimi Abu-'l-Motarrif Abdorrahmán *ibn-Wáfid*, qui dimidio priore saeculi quinti in Hispania floruit, et medio aevo satis notus erat sub nomine Abenguefit s. Albengnefit. Titulus in hoc Codice est simplicissime تذكرة, non autem differre videtur ab ejusdem opere quod كتاب الرشاد فى الطب inscribitur cujusque exemplar est in Bibl. Escur. 828(1), vid. Casiri, I, p. 272 et cf. porro Wüstenfeld, *Arab. Aertze*, p. 82, n. 141. Bipartitum est: pars prior agit: فى كيفية علاج الامراض, pars altera, pars practica (الجزء العملى): فى ذكر الادوية المركبة النافعة لها.

Codex, praeter Escurialensem, unicum hujus operis exemplar, manu Mauritana scriptus est. Anni nota caret, est vero antiquus.

Catal. Bibl. Gron. I, p. 302.

## MMDCCXXIV. (Cod. a f 4.)

Selecta e capitibus 1, 2, 6, 5 et 4 Fanni 4ti Libri 1mi Canonis Avicennae et quidem e versione Hebraïca secundum edit. Bomberg. Venetiis, plerumque cum textu Arabico adscripto.

Auctor autem horum excerptorum est, ut collato Codice sequente patet, Jacobus Christmannus.

Catal. Bibl. Gron. I, p. 304.

MMDCCXXV. (Cod. a f 5.)

Ejusdem Christmanni »Hortus Avicennae, sive descriptio plantarum et simplicium medicamentorum, quae occurrunt libro secundo Canonis Avicennae, iuxta seriem Alphabeti Arabici, et numerorum distinctionem". Editioni hoc opusculum destinatum fuit et praefatione ad lectorem munitum est. Anno 1608 absolutum fuit.

Catal. Bibl. Gron. I, p. 303.

MMDCCXXVI. (Cod. a F 8.)

In primo folio sequentia leguntur:

Codex hic continet duas partes Corani, quarum prior a Capitis V versu 85 usque ad Capitis VI versum 110 scripta est antiquo charactere Mauritanico: posterior, a Capitis XLII versu 14, usque ad medium versum 12 Capitis XLIII, exarata est litteris Arabum antiquissimis, quae Cuficae dicuntur. Neutram tamen partem eo tempore scriptam esse quo vetera illa et dudum obsoleta scribendi genera apud Arabes usu recepta fuerunt, forma libri, ab orientali, praesertim antiqua, multum diversa, novitasque chartae satis ostendunt. Quare non dubito utrumque hoc Corani fragmentum manu recentiore ad exemplum Codicum antiquorum, alterius Mauritanicis, alterius Cuficis litteris exarati, eum in finem descriptum esse, ut utriusque vetusti characteris specimen aliquod exhiberetur.

Est haec observatio celeberrimi Nicolai Schroederi Philologi Groningani anno 1776, quando codex hic ex Helvetia allatus, et quidam alii Arabici, publico aere empti Bibliothecae Groninganae comparati sunt a Bibliothecario L. Offerhaus Historiarum Professore.

Hactenus annotatio. Habet autem utraque pars suam inscriptionem, prior qua testatur Johannes Marquart von Kungbeck, Freyherr etc. se hunc librum acquisivisse anno 1535 quum Carolus V^us^ Tunetum expugnavisset, cui expeditioni interfuerat. (Cf. Hottinger, *Thesaurus philol.* III, p. 403). Altera fert inscriptionem Sebastiani Schobingeri, consulis Reipubl. Sangallensis, quod suus consobrinus Tobias Krum hoc fragmentum attulit Alcaïro Aegypti Sancto-Gallum anno 1620. Huic fragmento addita est transscriptio charactere neskhi et versio latina factae ab ipso Hottingero (cf. *Thes. phil.* III, p. 401). In ultimo folio de hoc Codice relegatur lector ad Uffenbach, Reisen, I, p. 54 seq. et Christiani Henr. Mülleri Itineris sui in Helvetiam facti Commentarium, p. LXXXVI, ed. Fridericost. 1770.

Ut vero rectissime animadvertit Cl. Schroeder, neutra harum inscriptionum pertinet ad hunc Codicem, sed ad archetypum utriusque partis. Una est charta totius libri et, si recte video, una manus utramque partem exaravit. Operae pretium foret hunc conferre Codicem cum eo qui secundum Uffenbach l. l. in urbe Cassel asservatur.

Catal. Bibl. Gron. II, p. 312.

### MMDCCXXVII. (Cod. a F 7.)

Koranus quem propria manu exaravit A. Deusingius, qui annis 1646—1666 in Universitate Groningana fuit Professor medicinae. Descripsit e Codice Erpeniano. Ejusdem manu exarata tria folia eodem involucro continentur, quae descripta sunt ex opere medico de simplicibus ordine alphabetico. Incipit ab ارقطيون, desinit in اصابع العذارى.

Catal. Bibl. Gron. II, p. 312.

### MMDCCXXVIII. (Cod. a f 7.)

Korani partes (جزء) 27 et 28 sive a Sur. 51 vs. 31 ad finem

Sur. 66. In primo folio legitur Codicem olim ex Dalmatia esse allatum.

Catal. Bibl. Gron. I, p. 308.

### MMDCCXXIX. (Cod. a f 8.)

Recte Cl. Schroeder in ultimo folio adnotat: »In hoc Codice sunt quaedam Capita Corani scil. XXXVI, XLIV, XLVIII, LV, LVI, LXVII, LXXVIII, XCVII, CII, CX—CXIV. Subjungitur Corani Caput I et initium secundi. Accedunt formulae quaedam precum, Turcice et Arabice". In his autem multa signa cabbalistica, circuli divinatorii, praestigiarum praescripta, et inter alia 1138es repetitur vox هو et 889es vox الها, secundum enumerationem lectoris cujusdam.

Catal. Bibl. Gron. 1, p. 308.

### MMDCCXXX. (Cod. a f 9.)

Complectitur hic Codex eadem capita Korani, quae praecedens, et accedunt formulae paucae precum Turcice et Arabice. Praecedente multo nitidius est exaratus. Abrupte desinit.

Catal. Bibl. Gron. I, p. 307.

### MMDCCXXXI. (Cod. a f 10.)

»Continet hic Codex duo Corani capita sc. XXXVI et LXVII, additis pro more Precum formulis Arabicis et Turcicis". Sic recte adnotat Cl. Schroeder.

Catal. Bibl. Gron. I, p. 308.

### MMDCCXXXII. (Cod. a f 12.)

Codex ab initio et fine mutilus, et cujus in medio plura folia desunt vel semi-lacerata sunt. Continet autem 1° collectionem traditionum Prophetae, praesertim diem judicii et vitam futuram spectantium, qualis Arba'ín (40) vocatur. Incipit in media quarta, desinit in media 33a, nisi quod 40ae finis servatus

est, cum subscriptione simplicissima سنة تسع وتسعين وسبعمائة i. e. anno 799. Hanc excipit carmen Turcicum longum, qui inscribitur كتاب عَيْبَة الحقايق et divisum est in capita, quorum primum sine titulo agit de Deo, de Propheta et de Sociis ejus, secundum فى حفظ اللسان وساير آدابها, tertium فى تقلّب الدنيا وتغيّر احوالها, quintum (titulus et pars quarti desiderantur) فى التواضع والزجر عن التكبّر, sextum inscribitur مذمّة الحرص, septimum تَكَبُّرْ دِينْ يِغْلُورْ تواضُعْ قِلُورْ, octavum فى ابيات متفرّقة تشتمل علي معان مختلفة. Denique plura carmina Turcica minora, singula inscripta لغيره.

Catal. Bibl. Gron. I, p. 308.

## MMDCCXXXIII. (Cod. a g 9.)

Charta convoluta preces continens Turcicas, ejusmodi quales supra IV, p. 344 descriptae sunt, sed sine ornamentis. Ab initio est mutila.

Catal. Bibl. Gron. I, p. 309.

## MMDCCXXXIV. (Cod. a f 15.)

»Libellus precum, partim Turcica, partim Arabica lingua, pro singulis hebdomadis diebus, singulisque diei cuiusque statis temporibus. Subiiciuntur Corani Capita LI—LVII et LXXVIII —CXIV". Sic recte in ultimo folio describitur. Abrupte desinit.

Catal. Bibl. Gron. I, p. 308.

## MMDCCXXXV. (Cod. a f 11.)

Preces Arabicae, in charta Indica (non in membrana, ut in

Catal. Gron.), quae inscriptiones partim Malaïcas habent. Sunt 51 foll.

Catal. Bibl. Gron. II, p. 316.

### MMDCCXXXVI. (Cod. a f 16.)

Libellus precum Turcice et Arabice, e libris olim J. H. Hottingeri fil., qui anno 1677 eum acquisivit.

Catal. Bibl. Gron. I, p. 308.

### MMDCCXXXVII. (Cod. a f 13.)

Codex bina continet opuscula: 1° Commentarium Taftazánii (+ 791) in Nasafii (+ 537) compendium theologiae c. t. عقائد (vid. supra IV, p. 241 seq.); 2° opusculum as-Zernudjii تعليم المتعلّم, quod *Enchiridion studiosi* appellari solet (vid supra I, p. 4).

Codex, praesertim in parte priore, multis glossis instructus, anni nota caret, est vero recens. In primo folio Arabicis characteribus adnotavit Georg. Hieron. Welsch (+ 1677) se hunc dono dedisse V°. Cl°. J. H. Hottinger.

Catal. Bibl. Gron. I, p. 309.

### MMDCCXXXVIII. (Cod. a f 14.)

Apographon manu Europaea tractatus تسهيل المقاصد لزوار المساجد anno 786 conscripti ab Ibno-'l-Imád al-Akfahsí (+ 808). Vid. de hoc libro supra IV, p. 145 sub n. MDCCCXLVIII. Accedit ejusdem Akfahsii tractatus فى تفسير الكلمات الطيبات وهى سبحان الله والحمد لله ولا اله الا الله والله اكبر ولا حول ولا قوة الا بالله. De eo vid. supra IV, p. 259 sub n. MMXXXII.

Catal. Bibl. Gron. I, p. 306.

### MMDCCXXXIX. (Cod. a g 4.)

Una korrása (10 fol.) operis Turcici, libris de theologia dog-

**matica annumerandi. Ad calcem primi folii scriptum est: »Ego Isaacus Badouaeius hunc Quinternionem Turcicum, Amicitiae causâ dono dedi D. Jacobo Christmanno Professori Hebraicae Linguae Heidelbergae 8º Octobris Anno 1590".**

Catal. Bibl. Gron. I, p. 304.

## MMDCCXL. (Cod. a f 6.)

**Pars versionis Arabicae tractatus philosophico-theologici Graeci, cujus quinam titulus quisve auctor sit, efficere nequeo, licet manu Europaea sit exaratus Codex et passsim cum textu Graeco collatus. Incipit a Cap. 15 فى الدهر et deinceps agunt Cap. 16**
فى البريّة 19 ,فى ابليس المحّال 18 ,فى الملايكة 17 ,فى الابداع
فى الصوِّ (الضوء .l) والنار والنيريـن 21 ,فى السماء 20 ,الملحوظة
24 ,فى المياه 23 ,فى الهواء والرياح 22 ,والشمس والقمر والنجوم
27 ,فى الانسان 26 ,فى الفردوس 25 ,فى الارض وفيما ابدع منها
31 ,فى الغضب 30 ,فى الخوف 29 ,فى الغمّ 28 ,فى اللذات
,فى القوة المميزة بفهمها 33 ,فى الحسّ 32 ,فى القوة المتخيلة
فى القول المستكنّ فينا وفى الكلام البارز 35 ,فى القوة الذاكرة 34
فيما يكون 38 ,فى الفعل 37 ,فى داء العزم وفى الفعل 36 ,بالصوت
,فيما هو الينا وفى استيلاءنا على ذاتنا 39 ,طوعا وفيما يكون كرهًا
فى معنى لايّة علّة صرنا مستوليين (sic) 41 ,فى الاشياء الكاينة 40
,فى العناية الالهية 43 ,فيما ليس هو مفوّض الينا 42 ,على انفسنا
44 فى سابق المعرفة وتقدم الامر. **Alius fortasse me felicior ex hisce capitum titulis efficiet ad quodnam opus hoc fragmentum sit referendum. Laudantur Origenes, Dionysius Areopagites, Gregorius Theologus, Basilius. Sunt 120 pag. Pag. vero 99 et 100 continent duas quaestiones ex alio libro hic male appositas, quarum altera inscribitur: 78ª responsio ad quaestionem utrum**

Verbum Dei (اقنوم الربّ) sit creatum, necne; altera 79a de descensione ejus ad inferos. Si autem recte video Codex manu Jacobi Christmanni est exaratus, et in foliis qui corpus operis sequuntur et praecedunt, inveniuntur tabulae Mensium Syro-Graecorum, Aegyptiorum et Arabicorum, de quibus Christmannus edidit tractatum.

Catal. Bibl. Gron. I, p. 308.

---

## CODICES DAVENTRIENSES.

### MMDCCXLI. (Cod. 1834 xv.)

كتاب الوافية فى شرح الكافية المشهور بالمتوسط, Commentarius *medius* Rokno-'d-díni al-Mázandaráni (al-Istarabádhi + 715) in Ibn-Hádjibi opus grammaticum *al-Káfiya*. Vid. supra I, p. 38 seqq. ubi de exemplari Leidensi agitur.

Codex currente calamo scriptus est anno 1099.

Catal. Bibl. Daventr. p. 252.

### MMDCCXLII. (Cod. 1834 xvi.)

Alius Commentarius in *al-Káfiyam*, auctore celeberrimo *Molla* Abdorrahmán ibn-Ahmed Nuro-'d-dín *Djámi* (+ 898), qui suum opus vocavit الفوائد الضيائية, quippe compositum ad usum specialem filii Djiyáo'-'d-din Jusof appellati. Editus est Constantinopoli anno 1820, et plura exempla in bibliothecis Europaeis exstant.

Codex anno 1011 est exaratus.
Catal. Bibl. Daventr. p. 252.

MMDCCXLIII. (Cod. 1834 vi.)

Glossae (حواشى) quas Yásin ibn-Zaino-'d-dín al-Olaimí al-Himçí (+1061) scripsit ad Commentarium Abdollae ibn-Ahmed ibn-Alí *al-Fákihí* (+ 924) in opus قطر الندا وبل الصدا, introductionem in grammaticam, quam composuit Ibn-Hischám (+ 761 s. 762). Petiit autem multa Yásin e glossis Abu-Bakri al-Schanawání (+ 1019) ad eundem Commentarium. Codex, spissum volumen 46 korrásis constans, non male scriptus est, sed anni notam non habet. Via autem Javae eum ad nostram patriam pervenisse, jam hinc patet quod in primo folio legimus, ut videtur manu ipsius librarii, Abdo-'c-Çamad al-Djáwí eum emisse. Alterum ejus exemplar mihi non innotuit. Commentarius Fákihíi est in Bibl. Monac. 741 et 742 (Aumer, p. 331 seq.), alius in Bibl. Acad. Reg. Scient. XI, 9 (de Jong, Catal. p. 21 seq.)
Catal. Bibl. Daventr. p. 252.

MMDCCXLIV. (Cod. 1834 xiv.)

Codex continet tria opuscula grammatici argumenti notissima 1º Tasríf (تصريف) az-Zandjáni (+ 655), 2º aç-Çinhádjíi (+ 723) Djarumía, 3º Djordjáníi (+ 474) Awámil, et deinde 4º Commentarium s. potius Supplementum ad Djarumíam, qui post doxologiam incipit وبعد فهذه مقدمة فى علم العربية متممة لمسائل الاجرومية تكون واسطة بينها وبين غيرها من المطولات. Pars hujus Commentarii est deperdita.

Codex in charta Indica non male est scriptus. Anni notam non habet.

## MMDCCXLV. (Cod. 1834 v.)

Compendium *al-Kámúsi*, a nescio quo factum. Currente calamo est exaratus et anni notam non habet.

Catal. Bibl. Daventr. p. 252. Possessoris prioris nominis initiales in primo et ultimo folio leguntur, J. P. v. B. i. e. van Braam; vid. infra ad n. MMDCCLXXVI (1834 XXX).

## MMDCCXLVI. (Cod. 1828.)

Legitur in primo folio: »Glossarium hoc Arabico-Persicum Bibliothecae Harderou(icensi) consecrat E. Scheidius''. Continet autem hic Codex duo opera, alterum epistolarium (انشاء), in quo diversi generis epistolarum et aliarum scriptionum exempla dantur, quodque sine ulla praefatione statim post bismillam primo exemplo incipit. Post 23 folia abrupte desinit. Alterum est illud glossarium, in quo tractantur homonyma et synonyma Arabica, cum explicatione Persica et quidem forma metrica. Auctoris nomen non comparet, neque titulus qui sit liquet. Incipit

حمد ایزدرا که داد او بندهرا طمع دان
تا که در سلک بیان اورد نظم چوجمان
در لغتهای که فی التمثیل باشد نزد عقل
همچو روح اندر بدین با همچو نطق اندر نسان

Codex nitide scriptus anni nota caret.

Catal. Bibl. Daventr. p. 250.

## MMDCCXLVII. (Cod. 1824.)

Al-Maidánii collectio proverbiorum. Apographum quod J. J. Reiske fecit partim anno 1741, partim anno 1745 e Codice Leid. 332 (supra I, p. 197 n. CCCDXLV). Absolvit, ut in fine annotavit, in aedibus Cl. Schultensii Anno 1745. Sept. 1. Adjecit duos indices, alterum »proverbiorum interspersorum in Meidanensi'', alterum nominum virorum et locorum. »In margine,

sic annotat E. Scheidius, adscripsi hic illic varietatem lectionis e Codice meo vetustissimo, Leidensi 450 fere annis antiquiori". Ad hoc autem apographon quatuor indices locupletes fecit J. C. Krüger, Reiskii discipulus, anno 1772 jam mortuus, ut patet e litteris Reiskii ad Scheidium, quas hic Indicibus praemisit. Sunt 1° index alphabeticus omnium proverbiorum, 2° index historicus, 3° index scriptorum citatorum, traditionariorum, eorumque qui proverbiorum auctores conditoresque laudantur, 4° index vocum Arabicarum quae in volumine hoc exponuntur.

Sunt duo volumina, nitide exarata, praesertim volumen quod indices continet. Hujus apographon habemus Leid. in Cod. 1369. Paullo ante Reiskei mortem in bibliotheca Harderovicensi sunt collocata (cf. de Jong in Catal. Codd. Acad. Reg. Scient. p. 101 ann.) et hinc postea Daventriam migraverunt.

Catal. Bibl. Daventr. p. 250.

## MMDCCXLVIII. (Cod. 1831.)

Historiolarum et narratiuncularum (لظائف وظرائف) collectio facta a Fahro'd-dín Alí filio celeberrimi Hosain Káschifí (c[a] 900) et secundum 14 capita digesta, quorum primum agit de joci praestantia, quae nimirum patet ex historia Prophetae, Alíi, Imámorum, alterum lepide dicta et historiolas regum, tertium Emirorum, Wezírorum continet, et sic porro. Ejusmodi igitur est liber, qualis Thaálibíi *Latáifo-'ç-Çahába*, (supra I, p. 195).

Codex anni nota caret, quippe in fine mutilus; est autem recens. Minus recte E. Scheidius, qui hunc Bibliothecae Harderovic(ensi) consecravit, tanquam historiographum Persam anonymum descripsit.

Catal. Bibl. Daventr. p. 251.

## MMDCCXLIX. (Cod. 1829.)

Díwán poëtae Persici Orfí (+ 999), quo continentur ejus kacídae.

Codex anno 1031 est scriptus. De aliis exemplaribus cf. supra hujus voluminis p. 187, ubi exemplar Leidense describitur. In primo folio legitur: »Egregium hoc carminum Persicorum Syntagma Biblioth. Hard(erovicensi) consecrat E. Scheidius".

Catal. Bibl. Daventr. p. 251.

## MMDCCL. (Cod. 1830.)

Díwán poëtae Persici Hosain *Thanáyi* (+ 996), quo iterum tantum continentur ejus kacídae. Vid. Sprenger, *a Catalogue of the manuscripts of the king of Oudh*, p. 578 seq.

Codicem eadem manu eodemque anno ac praecedentem exaratum iterum Bibliothecae Hard(erovicensi) consecravit E. Scheidius.

Catal. Bibl. Daventr. p. 251.

## MMDCCLI. (Cod. 1834 XXI.)

Inscribitur in titulo كتاب الحرف فى معرفة المريض مرتب على حروف ابجد تاليف الحكيم ابو (sic) هرمس, sed post doxologiam legimus وبعد فهذا كتاب فى معرفة مرض الانسان فى علم الحرف يشتمل على حروف ابجد تاليف الحكيم هرمس. Est autem collectio praescriptorum talismatibus parandis contra malorum spirituum influentiam, quae talismata possessori (صاحب) singularum litterarum diversa sunt. Auctor mox Hermes, mox Abu-Hermes appellatur, formulae autem magnam partem ex Korano sunt petitae. Absolutus fuit hic liber anno 1173. Accedunt 1° كتاب فى معرفة حال المريض, ut arte magica morbum aegroti definire possis, 2° ذكر حاجب الكواكب السبعة الدايرة فى الايام السبعة.

Catal. Bibl. Daventr. p. 252.

### MMDCCLII. (Cod. 1825.)

Korani exemplar pulcherrimum in folio, in quo vero ornamenta et colores desiderantur.

Catal. Bibl. Dav. p. 250.

### MMDCCLIII. (Cod. 1834 I.)

Alterum Korani exemplar, in charta Europaea in India Neerlandica non male scriptum.

Catal. Bibl. Dav. p. 251.

### MMDCCLIV. (Cod. 1826.)

Pars ultima Korani inde a Sur. 67, in charta Indica scripta. Anno 1779 Codex donatus est Bibliothecae Academiae Gelro-Zutph. a V. Cl. E. Scheidio.

Catal. Bibl. Dav. p. 250.

### MMDCCLV. (Cod. 1834 IX.)

Compendium juris secundum ritum Scháfeïtarum, auctore celeberrimo Abu-Schodjá' initio saeculi sexti mortuo. Vid. supra III, p. 113. Codex satis bene exaratus anni nota caret. In fine additur confessio fidei.

Catal. Bibl. Dav. p. 252.

### MMDCCLVI. (Cod. 1834 III.)

Commentarius as-Scharbínii (+ 977) in hoc Compendium, c. t. „الاقناع فى حلّ الفاظ ابى شجاع“. Editus est Bulaki anno 1865. Cf. supra III, p. 114.

Codex anno 1093 currente calamo est exaratus.

Catal. Bibl. Dav. p. 251.

### MMDCCLVII. (Cod. 1834 IV.)

Mahallii (+ 864) Commentarius in opus juridicum al-Min-

hádj, auctore an-Nawáwio (+ 676). Est spissum volumen anno 1167 nitide scriptum in urbe Mekka.

Catal. Bibl. Daventr. p. 251. Fuit n. 8. in Catalogo van Braam, ut in involucro legitur.

MMDCCLVIII. (Cod. 1834 VII.)

Pars altera Glossorum (حاشية) quae Schihábo-'d-dín Ahmed ibn-Abdi-'l-hakk as-Sonbátí Scháfeïta (+ 990) conscripsit ad opus al-Minhádj et Mahallíi Commentarium.

Codex anno 1029 currente calamo est exaratus.

MMDCCLIX. (Cod. 1834 II.)

Volumen magnum in folio, quod praeter quamplurima aphorismata maximam partem ex operibus juridicis excerpta continet 1⁰ partem priorem operis فتح الوهاب' على شرح منهاج الطلاب«, de quo opere vid. supra III, p. 129 ad n. MDCCCXXIII; 2⁰ praecepta religionis in usum puerorum metrice; 3⁰ Commentarium Abu-Jahjae Zakarjá ibn-Mohammed ibn-Ahmed ibn-Zakarjá al-Ansárí as-Scháfií (+ 910) in opusculum de logica c. t. isagoge (ايساغوجى) et auctor Athíro-'d-dín al-Abahrí (+ 700). Sunt omnia haec manu Orientali recenti in charta Europaea negligenter scripta.

MMDCCLX. (Cod. 1834 XI.)

Magna in Oriente auctoritate gaudet metrica expositio principiorum juris haereditarii, quam بغية الباحث, غنية الباحث, المنظومة الرحبية في الفرائض et الفرائض الرحبية appellant, quamque ex Codice Bodleïano anno 712 exarato litteris Latinis cum versione edidit Jones (Works, Vol. VIII, p. 159—196). Nomen auctoris aliter traditur a H.-Khal., aliter in diversis Codd. Habemus hic Commentarium in hoc carmen quem Abdollah as-

Schanschurí Scháfeita (+ 999 [1]) conscripsit rogatu filii Abdo-'l-Wahháb et cui titulum dedit الفوائد الشنشورية فى شرح المنظومة الرحبية. Addidit conclusionem in quinque capita divisam de eodem argumento.

Codex anno 1123 scriptus est.

Carminis exemplaria cum aut sine comment.: Bodl. (Uri) 279(1), 1268(1); Monac. 368—370 (apud Aumer); Escur. 102 (2 et 3); Ms. Doct. Lee 56 *a* et *b*. In bibliotheca Parisiensi quoque exstat (Casiri I, p. 25).

Cat. Bibl. Dav. p. 252.

## MMDCCLXI. (Cod. 1834 XXVI.)

Opusculum Malaïcum de peregrinatione sacra, quod inscribitur هذا صاحب الكتاب محمّد راج الدّين فى بلدة روم جاوى وسمّيته مناسك. Accedit excerptum ex نشر المحاسن, auctore imámo al-Jáfií (+ 768 s. 770), cf. H.-Kh. VI, p. 344, cum versione Malaïca interlineari, et alia parvissimi valoris.

## MMDCCLXII. (Cod. 1834 XVIII.)

Codex continet plures tractatus theologicos: 1° Quaestiones et responsa de variis argumentis metaphysicis et aliis, quae in fine vocantur اصول الصفارى, qui aç-Çaffárí theologus Hanafíta fuit senior coëtaneus doctoris Abu-'l-Kásim as-Samarkandí (+ 549), ut patet e loco hujus opusculi. Nomen vero ejus efficere nequeo. Tractatus (14 fol.) ab initio mancum est. Anno 1090 est exaratum non sine vitiis. 2° Libellum de articulis fidei, qui incipit اول ما افتتح به الكتاب حمد الله الملك الوهاب et post doxologiam وبعد فهذا كتاب فى عقيدة اهل السنة ونبدئ بذكر اقسام

---

1 Secundum Aumer, Cat, p. 137, obiit anno 979. Sed cf. H.-Khal. V, p. 408 et imprimis 494.

الاعتقاد. De auctore nihil patet. Supersunt tantum 10 fol. exarata ut pars prima Codicis. 3° Opusculum de fundamentis fidei c. t. قواعد الفوائد فيما لا بد من العقائد. Sunt 16 pagg. exaratae ut praecedentia. 4° الرسالة المختصرة في بداية العقيدة السنية وهي موردة على طريق السؤال والجواب, 10 pagg. scriptae ab eodem librario. 5° Tractatum de praecipuis officiis religionis, qui post doxologiam sine ulla praefatione incipit اما بعد فاول بناء الاسلام شهادة ان لا اله الا الله وان محمدا رسول الله لقوله الخ. Sunt 15 pagg. scriptae ut praecedentia. 6° Commentarium in tractatum de articulis fidei (عقيدة) qui titulum habet بيان التصديق. Incipit hic tractatus الحمد لله رب العالمين والعاقبة للمتقين et post doxologiam اما بعد فاعلم ارشدك الله تعالى في الدارين et dividitur in duo capita, quorum prius agit في بيان حقيقة التصديق et 7 sectionibus constat, alterum agit في الاقرار et 3 sectiones continet. Tum in textu, tum saepissime in Commentario laudatur Ibn-Hadjar (+ 852), inter alia hujus liber قواطع الاسلام ab H.-Khal. non memoratus. In Commentario quoque laudatur Soyutíi (+ 911) liber انموذج اللبيب. Opus Codicis plus quam dimidiam partem implens, exaratum est ab eodem librario qui cetera hujus voluminis scripsit quique ad calcem hujus partis de se nonnulla cum lectore communicat. 7° Commentarium ad المقدمة المعروفة بالستين مسئلة auctore Abu-'l-Abbás Ahmed az-Záhid (+ 818), cujus exemplar est in Bibl. Escur. 1248(2). Agit de officiis religionis necessariis secundum ritum as-Scháfií. Cf. H.-Khal. VI, p. 82 seq. Abrupte desinit, supersunt 19 fol.

Cat. Bibl. Dav. p. 252. Habet hic liber inscriptas litteras initiales J. P. v. B(raam).

MMDCCLXIII. (Cod. 1834 VIII.)

Duo opuscula, alterum Arabicum in initio باب معرفة الاسلام

والايمان, in calce اصول الدين appellatum, cum explicatione Malaïca interlineari, alterum Malaïcum sine titulo de officiis primariis Moslimi. Male in Catalogo Daventr. Abdollae ibn-Omar auctori tribuitur tractatus prior, quod hinc factum quia traditione hujus exorditur liber.

Cat. Bibl. Dav. p. 252.

### MMDCCLXIV. (Cod. 1834 xxiii.)

Opusculum Malaïcum de unitate Dei. Accedunt nonnulla alia de Korani lectione cet.

Cat. Bibl. Dav. p. 253.

### MMDCCLXV. (Cod. 1834 xx.)

Opus notissimum al-Djozulíi († 870) c. t. دلائل الخيرات وشوارق الانوار فى ذكر الصلاة على النبى المختار. Vid. supra IV, p. 342. Codex recens anni notâ caret. In fine pagina est tecta characteribus quae in insula Celebes in usu sunt.

Catal. Bibl. Dav. p. 252.

### MMDCCLXVI. (Cod. 1834 xxv.)

Alterum exemplar, cujus vero pars ultima culpâ bibliopegae in initio Codicis reperitur, una cum benedictione Prophetae (الصلاة على النبى), auctore Jahjá ibn-Abdollah al-Makdisí al-Kádiri, tractatu qui 6 pagg. implet. Praeterea Codex continet opusculum de decem conditionibus precationis rite perficiendae, et opusculi inscripti منبهات على الاستعداد ليوم المعاد صنفها صفى الملة والدين الشيخ ابن حجر العسقلانى معتمدا للنصح والوداد particulam in duplo, alteram alterâ majorem. Ab H.-Khal., VI, p. 161 adscribitur alio auctori. Adhortatio (تلقين) ad homines quippe morituros, Codicem claudit.

Catal. Bibl. Dav. p. 253.

MMDCCLXVII. (Cod. 1834 xxvii.)

Fragmentum operis Djozulii cum alio fragmento de 201 nominibus Prophetae. Culpa bibliopegae folia sunt turbata.
Catal. Bibl. Dav. p. 253.

MMDCCLXVIII. (Cod. 1834 x.)

Collectio benedictionum, hymnorum et historiolarum in celebrationem nativitatis Prophetae, plerumque cum paraphrasi Malaïca. In fine est فائدة عظيمة, locus Soyutii de eodem argumento. Incipit opus السلام عليك زين الانبياء.
Catal. Bibl. Dav. p. 252.

MMDCCLXIX. (Cod. 1834 xvii.)

Eadem collectio sine paraphrasi et sine additamentis nitidius scripta.
Catal. Bibl. Dav. p. 252.

MMDCCLXX. (Cod. 1834 xiii.)

Eadem collectio sed sine benedictione. Incipit hoc exemplar post bismillam verbis: الحمد لله الذى شرف الانام بصاحب المقام الاعلى, quibus corpus operis exorditur. Finis autem desideratur, cujus loco aliae preces sunt additae, in quibus sancti quoque Islamismi memorantur, ut Abdo-'l-Kádir Ghíláni, Abu-Jazíd al-Bistámí, Djonaid, Baháo-'d-dín al-Nakschibendi. Hic rursus plerumque interpretatio Malaïca adscripta est.
Catal. Bibl. Dav. p. 252.

MMDCCLXXI. (Cod. 1834 xix.)

Preces et benedictiones, in quibus etiam plures sancti memorantur, ut ordinum monasticorum conditores et omnes qui in coemeteriis sanctis Islamismi sepulti sunt. In fine quaedam litteris Bugicis aut Macassaribus sunt scripta.
Catal. Bibl. Dav. p. 252.

## MMDCCLXXII. (Cod. 1834 XII.)

**Formulae quibus intentio (نية) in actis religiosis pronuntiatur, adhortatio (تلقين) ad homines quippe mortales, et multae preces cum inscriptionibus Malaïcis. Haec dimidium majus Codicis implent. Sequitur versio Malaïca tractatus Arabici de fide, de precibus et de jejunio, de quo sic in praefatione bilingui docemur:** اما بعد فلما رايت بعض علماء العظام وفقهاء الكرام ترجموا كُتُبًا بلسان الجَاوِى ما تَرَانِى (sic) بعَدَدٍ ولا يَحْصِى (sic) بحدّ من العقايد العليّة والفقهيّة السّنيّة هاج خَلَدى ان اتبع رسمهم واعتقب اثرهم فالفتُ وترجمتُ هذه الرسالة من كتب العربية الفصاحة الى لسان الجاويّة الملاحة مشتملة لبعض العقايد والصلاة والصوم مزيّنة بانواع الدرر والجواهر المنظوم (sic) واعتدلتُ عن تغميض عبارتها وتعقيد اشارتها ليسهل على المبتدى حفظها ويفهم على الغبىّ مرادها وسمّيتُها بداية المبتدى بفضل الله المهدى.
**Divisus est in 3 capita.**

Catal. Bibl. Dav. p. 252.

## MMDCCLXXIII. (Cod. 1834 XXII.)

**Formulae ejusmodi quibus constat pars prior Codicis praecedentis.**

Catal. Bibl. Dav. p. 253.

## MMDCCLXXIV. (Cod. 1834 XXVIII.)

**Codex in 32° continens varias precum formulas 1°** تهليل القران (عن جعفر الصادق) **et** الدعاء المبارك , حزب النووى **.2°** , العظيم الهياكل السبعة.

Catal. Bibl. Dav. p. 253. Bibliothecae Academiae Gelro-Zutphaniae olim donavit G. J. Wolff.

## MMDCCLXXV. (Cod. 1834 xxiv.)

Liber plures tractatus theologicos maximam partem Malaïca lingua conscriptos et precum formulas continens. In initio pauca characteribus Bugicis aut Macassaribus leguntur.

Catal. Bibl. Dav. p. 253.

## MMDCCLXXVI. (Cod. 1834 xxx.)

Est collectio chartarum et opusculorum, 46 numeris constans, in qua aliquot characteribus Bugicis aut Macassaribus in Celebes insula usitatis sunt scripta, ut recte jam in Catal. Bibl. Dav. p. 253 seq. est observatum (n. 1—3, 6—8, 10, 11 et imprimis 41, 43—45). Praeterea insunt, praeter unum opusculum lingua Sinensi typis expressum (n. 40), Malaïca et Arabica multa fere sine pretio. N. 9 est tabula qua haereditates sunt dividendae, n. 29 est prima korrása libri Arabico-Malaïci anno 1052 conscripti jussu principis de rebus diei resurrectionis, in 7 capita divisi. In medio capite secundo subsistit. N. 30 est carmen Malaïcum de formula لا اله الا الله, n. 31 lucubratio ad opusculum grammaticum العوامل auctore al-Djordjání, n. 32 est tractatus Malaïcus de peregrinatione sacra, n. 34—37 sunt preces Arabice et Malaïce.

De origine hujus collectionis, vid. Catal. Bibl. Dav. p. 251, ubi docemur hoc et fere omnia manuscripta sub n. 1834 collocata esse capta a Nob. J. P. van Braam, expugnata urbe Salangûr ad fretum Malaccae anno 1784. Tantum n. 45 (ni fallor, aut n. 40) a G. van Hasselt anno 1788 donatus est Scheidio et ab hoc Bibliothecae Gelro-Zutphaniae, unde postea tota collectio migravit Daventriam.

# CODICES LEOVARDENSES.

## MMDCCLXXVII. (Cod. Hebr. 1.)

Continet Codex 1° Mosis Narbonnii (floruit initio saeculi 14mi) Commentarium in librum *Moreh Nabukim* Maimonide auctore, 2° versionem Hebraeam Commentarii Averrois ad Aristotelis libros de arte rhetorica. Pars posterior in fine est mutilus, in initio aquâ laesa.

Catal. Bibl. Franeq. 1713, p. 86 n. XIII et XIV.

## MMDCCLXXVIII. (Cod. Hebr. 2.)

Continet hic Codex sequentia opuscula: 1° *Schulchan Arba'* auctore Bakja b. Ascher (floruit exeunte saeculo 13mo), saepius editum. Sequuntur tria folia ad Commentarium in Pentateuchum pertinentia. 2° *Middôt-han-nefesch* auctore anonymo, secundum observationem librarii, qui A° mundi 5196 hoc et sequens opus scripsit, non absolutum. 3° Annotationes ad Raschii Comment. in Pentateuchum. 4° Narbonnii Commentarium ad Threnos. 5° *Hanhagat ha-beriut*, opusculum (7 foll.) de diaetica, auctore Is. Israeli qui initio saeculi 14i floruit.

In initio legimus: Liber Bibliothecae publicae, sed in recensione desideratus. Quod lubens m. q. testor, Jac. Rhenferd. Hinc videtur conclui posse recensionem librorum Orientalium in Catal. Bibl. Franeq. 1713 Rhenferdium auctorem habere.

## MMDCCLXXIX. (Cod. Hebr. 3.)

*Magên-David*, explicatio kabbalistica litterarum Hebraearum alphabetice, tamquam introductio in Kabbalam. Auctor est

David *ben-abi-Simra.* De ipso Codice vid. Catal. Bibl. Franeq. 1713, p. 85 ad I. Cod. Leidensis ibi laudatus est Warn. Hebr. 64 (Steinschneider, Catal., p. 274), qui continet epistolam satyricam *al-tehi-kaäbōtēka* auctore Profiat *Duran.*

MMDCCLXXX. (Cod. Hebr. 4.)

Codex continet 1° כ״ המספר s. כ״ חכמת המספר, librum de arithmetica, auctore Aben-Ezra, 2° Commentarium in Prophetas Minores, partim in charta, partim in pergamena scriptum.

Catal. Bibl. Franeq. 1713, p. 87 n. XVII.

MMDCCLXXXI. (Cod. Hebr. 5.)

Annotatio ad Commentarium Aben-Ezrae in Pentateuchum, sub titulo עֵץ חיים.

Catal. Bibl. Franeq. 1713, p. 87 n. XVIII.

MMDCCLXXXII. (Cod. Hebr. 6.)

Kalonymi b. Kalonymi *Sēpher Refū'a*, nempe introductio in artem medicam et farrago aliorum libellorum medicorum (cf. Fürst, *Bibl. Jud.* II, p. 166 et Steinschn. Catal. Codd. Hebr. Acad. Lugd. Bat., p. 329). Codex passim figuris potissimum ludicris est illustratus.

Catal. Bibl. Franeq. 1713, p. 82 n. II.

MMDCCLXXXIII. (Cod. Arab. 1.)

Continet hic Codex 1° Avicennae (+ 428) notissimum carmen de arte medica (ارجوزة فى الطب), cum notitia vitae ex compendio Ibn-Khallicánis desumpta; 2° كتاب اصول علم النبض, tractatum de pulsu, auctore Abu-Sahl Isá ibn-Jahjá al-Masíhi (+ c^a 390), cujus exemplar est in Bibl. Acad. Reg. Scient. CXIII (de Jong, Catal. p. 154); 3° Makálam nonam operis nobilissimi الطب المنصورى Rázii (+ 320).

Sunt haec manu Europaea nitidissime exarata.

MMDCCLXXXIV. (Cod. Arab. 3.)

Inscribitur »integer Alcoranus, exemplum nitide in Oriente descriptum". Est autem recens.

MMDCCLXXXV. (Cod. Arab. 5.)

Versio Evangeliorum Arabica et quidem eadem quam Erpenius edidit. In Catal. Bibl. Franequeranae 1842, I, p. 184 legimus Cl. Juynbollium de hoc Codice copiosius esse expositurum in opere »Archief voor de Kerkelijke Gesch.", Royardsio et Kistio collectoribus; non vero fecisse videtur. Est autem scriptum anno 1610 in urbe Amstelodamensi manu Mauritanâ ab Abdo-'l-Azíz ibn-Mohammed in usum amici Johannes Paget (فاجت), ut testatur subscriptio.

Fuit donum Jac. Rhenferdii (+ 1712) Ling. Hebr. in Acad. Franeq. Professoris.

MMDCCLXXXVI. (Cod. Arab. 2.)

Continet Codex 1° Djordjánii (+ 474) opusculum notissimum *Miat Amil* s. *al-Awámil al-Miah*, 2° Commentarium ad hunc tractatum parvum, incipientem verbis اعلم ان العوامل جمع عامل. Sunt haec in charta Indica calligraphice scripta cum versione Malaïca interlineari. Folia reliqua implevit librarius explicatione formularum Islámi et Surarum 106—114 Koráni.

Anni nota est 953.

MMDCCLXXXVII. (Cod. Arab. 4.)

1° Excerpta e Djauharii et Fíruzabádii lexicis, sine ordine facta, adscripto interdum vocabulo Hebraeo, ad quod illustrandum loci descripti sunt. Magna autem pars chartae alba remansit.

2° Apographum initii historiae Timuri auctore Ibn-Arabscháh (+ 854). Sunt 121 pagg. scriptae ab auctore excerptorum. Fortasse hoc intelligitur sub titulo »Historia Tamerlanis'', quo in Catal. Bibl. Franeq. 1713 p. 240 (add. ad p. 96) memoratur tanquam donum Cl. Viri Jo. Hemsterhuis, Med. D. et Professoris.

---

# CODICES SOCIETATIS REMONSTRANTIUM AMSTELODAMENSIS.

## MMDCCLXXXVIII. (Cod. 123.)

Koranus c^a annum 1000 nitide scriptus manu Mauritana, cum paucis notis marginalibus ad illustranda verba difficiliora. Ad calcem duo emtores testantur deinceps se hunc librum rite acquisivisse, posterior in folio ultimo scribit se eum dono dedisse amico Hollandico.

## MMDCCLXXXIX. (Cod. 89.)

Opus „عدة الحصن الحصين من كلام سيد المرسلين“, cujus auctor est Mohammed al-Djazarí (+ 833). Vid. supra IV, p. 341 ad n. MMCXCVII. Praecedit panegyricus in hunc librum (4½ pag.) nescio quo auctore.

Codex anno 1019 scriptus est characteribus Mauritanis ab eo-

dem, qui versionem Evangeliorum Arabicam quae Leovardae est (supra p. 307 n. MMDCCLXXXV) descripsit, ut comparatione Codicum luculenter patet.

MMDCCXC. (Cod. 299.)

Chartae manu Dionysii Vossii, in quibus est initium apographi vitae Timuri auctore Ibn-Arabscháh, 96 pagg., partim cum versione Latina, initium apographi Korani, dicta proverbialia alphabetice (litt. ا—ث), 6 paginae operis Hebraei de purificatione, tabula regum Aschkanidarum ex historico Persico.

MMDCCXCI. (Cod. 184.)

Continet Codex Acta Apostolorum, Epistolas Catholicas Jacobi, Petri 1am, et Johannis 1am, Paulinas omnes, Petri 2am, Johannis 2am et 3am, Judae et duas Clementis discipuli Petri, Syriace, cum lect. Eccles. minio scriptis. In fine est brevis introductio ad libros praecedentes. Codex nitide est exaratus; in ultimo folio est imago Christi. In Catal. Scheltema 1849, p. 27 malâ fortunâ descriptio Cod. 184 apposita est n° 185 et invicem. Ad finem epistolarum Paulinarum subscriptio invenitur librarii, ibique litteris Syriacis scribitur quod in paenultimo libri folio litteris Arabicis repetitur librum nempe emtum fuisse a Diacono Anton ibno-'l-Khurí.

MMDCCXCII. (Cod. 185.)

Quatuor Evangelia Syriace et Arabice, sed utraque versio litteris Syriacis exarata. Arabica versio propior est illi quae Cod. Leid. 223 (supra p. 80 n. MMCCCLXXIV) continetur quam Erpenianae. Lectiones Ecclesiasticae in initio libri et intra diligenter sunt notatae. Librarius nomen suum (Abdo-'l-Athím ibn-Jusof) in initio et fine Codicis Arabicis characteribus scrip-

sit. Codex est recens, anno Graecorum 1908 (p. Ch. 1596) scriptus.

MMDCCXCIII. (Cod. 190.)

Versio Arabica Evangeliorum, eadem quam Erpenius et Lagarde ediderunt.

Codex manu Europaea nitide est scriptus.

MMDCCXCIV. (Cod. 189.)

Apocalypsis Arabice scripta ab eodem quo Codex praecedens cum versione Latina interlineari.

MMDCCXCV. (Cod. 193.)

Dionysii Vossii Armeniaca, quibus continentur apographum Capitis 1mi Evangelii Matthaei et annotationes in Armeniacam versionem Ni. Ti.

---

## CODICES MUSEI WESTHREENEN HAGANI[1].

MMDCCXCVI. (Cod. VII, 64.)

Continet diversa opuscula:

---

1) Praeter Codices hic descriptos Museum quoque possidet librum Javanicum, in folio *nipa* scriptum, pulcherrime ornatum.

1° fragmentum Korani Sur. 2 vs. 136—253, mendis scatens e. g. incipit سيقول الفقهاء من الناس pro السفهاء.

2° preces, quarum prima incipit الحمد لله الذى جعل النكاح واصلا بين الانام فاصلا بين الحلال والحرام. Sunt 26 pagg. in 12mo.

3° duos libellos de grammatica Arabica, alterum ab initio, alterum a fine mutilum. Hic est Commentarius in tractatum مائة عامل auctore al-Djordjání. Male sunt scripti.

4° Tres tractatus argumenti religiosi Malaïce satis bene exaratos.

Haec collectio in bello Sumatrensi anni 1821 capta est a de Salis, expugnatâ Kampong Bongol, sede principis Padrium, et ab hoc donata Viro amplissimo van Westhreenen van Tiellandt.

## MMDCCXCVII. (Cod. 106.)

Florilegium ex Korano, continens Sur. 1, 6, 25, 36, 43, 48, 55, 56, 67, 78—114. Nitidissime est exaratum.

Die 12 Aug. 1687 hic Codex in spoliis Turcorum inventus est in Hungaria prope Siclos am Borg Arsca.

## MMDCCXCVIII. (Cod. 105.)

Koranus bene exaratus et in initio coloribus et auro ornatus. Anno H. 1118 tanquam *wakf* donatus est ab Ibráhím Páschá, et deinde »Alcoranus hic ms. datus est Romae, die 21 Decembris, anni 1711, P. Carolo Dauchez Rectori Collegii Parisiensis, a Patre Jacobo Villotte Missionario in Armeniâ et Perside, ut Bibliothecae nostrae Catalogo inscriberetur". Fuit nempe olim Codex in Bibliotheca Colleg. Paris. Societ. Jesu et a Mesnil notatus est hac inscriptione »Paraphé au désir de l'arrest du 5 Juillet 1763".

---

## CODICES SOCIETATIS ZEELANDICAE.

### MMDCCXCIX. (Cod. A. 1.)

Opus juridicum, quod incipit verbis سبحانك اللهمّ وبحمدك اسبّحك et cujus in praefatione, qua doxologia continuatur, legimus: واستوفقك لما هممت به من نظم مختصر فى الاحكام مجرد عن الحشو والتطويل، ناصى (l. ناصّ) على ما رجّحه المعظم من الوجوه والاقاويل،، مفرّغ فى قالب التسهيل، مهذّب الجملة والتفصيل، مخمّر التفريع والتاصيل،، وارغب اليك فى تسهيل هذا المُحَرَّر على مُحَصّليه الخ.

In ultimis verbis titulus inesse videtur. Nisi enim omnia me fallunt, continetur hoc Codice pars operis celeberrimi المُحَرَّر فى فروع الشافعيّة auctore Abu-'l-Kásim Abdo'l-Kásim ibn-Mohammed *ar-Ráfii* (+ 623), ex quo opere notissimus Nawáwii liber منهاج الطالبين est Compendium. Cum hoc Compendio si comparamus nostrum librum, conjectura fere ad certum usque confirmatur. Restat ut Codex conferatur cum exemplari operis *al-Moharrar* quod Oxoniae est: Bodl. (Uri) 235 et cum Comm. 205. Continet capita purificationis, precum, eleëmosynae et jejunii.

Codex (384 pagg.) in charta Indica non ita male scriptus anni notam non habet.

J. P. van Visvliet, Inventaris der Handschriften van het Zeeuwsch Genootschap der Wetenschappen te Middelburg, 1861, p. 73.

MMDCCC. (Cod. A. 2.)

Compendium juris الايضاح فى الفقه inscriptum, elucidatio nempe operis التبصرة في الفقه, quod ab Hádjí-Khal., II, p. 181 inter opera celebris jurisconsulti Abu-Isḥák as-Schirází (+ 476) numeratur. Cl. de Jong (Catal. Codd. Acad. Reg. Scient., p. 195 ann.) opinatur hunc librum التبصرة ab Abu-Isháki opere diversum esse, Cl. Weyers et Valeton contra (in charta huic Codici et praecedenti adjecta) non differre. Certo autem quaestionem efficere non facile quis poterit, quia libri Abu-Isháki exemplar non est servatum, neque de eo opere a bibliographis quidquam comperimus. Duo operis الايضاح, praeter hunc Codicem, sunt exempla: Bodl. (Uri) 253 et Cod. Acad. Reg. Scient. n. 154.

Codex partim in charta Europaea, partim in charta Indica currente calamo est exaratus. Pars tertia prima versione interlineari Malaica est instructa.

Van Visvliet, Inventaris, l. l.

MMDCCCI. (Cod. 102 *b* (1).)

Madjdo-'d-dín Abu-Abdollah Mohammed ibn-abí-Bakr Bagdadensis (+ 662) pepigit carmen in laudem Prophetae *al-Witriyát* (الوتريات) appellatum et partitum secundum ordinem litterarum alphabeti, quae una post alteram homoeoteleutum definiunt. Anno 691 hoc carmen ampliavit Mohammed ibn-Abdi-'l-Azíz ibn-Scha'bán al-Lakhmí, modo qui *takhmís* dicitur, ita ut bina hemistichia quina eveniant, servato homoeoteleuto. Operi huic, quod hoc Codice continetur, titulum imposuit ‘ بستان العارفين في معرفة الدنيا والدين „. Haec desumpsi potissimum ex praefatione auctoris, partim ex Hádjí-Khal. VI, p. 422 seq.

Alterum exemplar sive carminis *al-Witriyát*, sive *takhmísi* ejus, praeter apographum mox describendum, mihi non innotuit.

Codex, multis glossis instructus et manu Africana non male exaratus, anni nota caret, est autem recens.

De origine hujus Cod. et seqq. vid. F. Nagtglas, Vervolg op den inventaris der Handschriften van het Zeeuwsch Genootschap der Wetenschappen, 1869, p. 10.

MMDCCCII. (Cod. 102 *b* (2).)

Ejusdem operis dimidium prius, e Codice superiore, ut videtur, descriptum.

MMDCCCIII. (Cod. 102 *b* (3).)

Notissimum as-Soyutíi (+ 911) opus encyclopaedicum de 14 disciplinis c. t. النقاية فى علم الدراية, cum multis glossis desumtis e Commentario ipsius auctoris c. t. اتمام الدراية.

Codex manu Africana non male scriptus anni nota caret.

De aliis ex. vid. supra I, p. 10.

MMDCCCIV. (Cod. 102 *b* (4—7).)

Quatuor opuscula: 1° *Takhmís* poematis religiosi compositi a theologo Abu-'l-Fadhl an-Nahwí. 2° paraenesis cujus singuli versus terminantur formula لا اله الا الله. 3° Explicatio terminorum dogmaticorum nonnullorum in operibus as-Sanusíi (+ 892) et Mohammadis ibn-Salím al-Audjalí, auctore Othmán ibn-Ahmed. 4° Narratio belli inter Persas et Byzantinos ad illustrandum locum Korani 30 vs. 3.

Diversis manibus Africanis exarata sunt.

MMDCCCV. (Cod. 102 *b* (8).)

Al-Harírii (+ 516) carmen grammaticale ملحة الاعراب cum ejus ipsius Commentario. Codex constat duabus partibus ad diversa exemplaria pertinentibus, ita ut completum exemplar constituant, paucissimi versus in duplo sint. Utraque pars Africana manu est scripta, sine anni nota.

Al. ex. Bodl. (Uri) 1140, (Nic.) 214; Vatic. 430; Palat. 334, 438; Petrop. 188 (Cat. p. 177); Mus. Asiat. Petrop. p. 7; de Sacy in *Anthologie Gramm. Ar.* edidit particulam, p. ١٤٥—١٥١, usus apographo e Codice Marcel (vid. p. 356).

MMDCCCVI. (Cod. 102 *b* (9—11).)

Duo opuscula: 1º fragmentum poëmatis grammaticalis de flexione verborum auctore Ibn-Málik (+ 672) cum Commentario facto a filio ejus Badro-'d-dín Abu-Abdolláh Mohammed (+ 686). — 2º fragmentum carminis argumenti metaphysici لامية فى الكلام appellati. Auctor est theologus Abu-'l-Abbás Ahmed ibn-Abdolláh al-Djazáïrí (+ 897). Accedunt chartae nullius pretii. Manu Africana recenti sunt exarata.

---

# CODICES ORIENTALES

## BIBLIOTHECAE ACADEMIAE LUGDUNO BATAVAE

### NUPER ACQUISITI.

## CODICES NUPER ACQUISITI.

### MMDCCCVII. (Cod. 2064.)

**Koranus, in initio et fine ornatus, et cui praemissae sunt annotationes Malaïcae de arte libri divini legendi.**

Repertus est apud sacerdotem occisum in expugnato templo (Missigit) prope Atjeh metropolin in regno Atjeh (Sumatra) a Nob. I. H. A. Yssel de Schepper, qui eum die 27 Aprilis 1873 mihi dono misit. Ego bibliothecae donavi.

### MMDCCCVIII [1]). (Cod. 2065.)

**Nitidum exemplar saeculo 16mo exaratum Commentarii *Mekôr-Chaÿîm*, quem Sam. Tzartza (Çarça) quoque Ibn-Çneh dictus anno p. Ch. 1368 conscripsit ad Commentarium Aben-Ezrae in Pentateuchum. Editus est Mantuae anno 1559 et Amstelodami anno 1722. Sunt duo vol. in fol. (266 et 308 fol.).**

Oriundus est Codex hic ut plurimi sequentes e bibl. Collegii Societ. Jes. Paris. Omnes hi Codd. hac nota sunt insigniti: *Paraphé au désir de l'arrest du* 5 *Juillet* 1763. *Mesnil.*

### MMDCCCIX. (Cod. 2066.)

**Liber polemicus *Nizzachôn* quem R. Lippman Mühlhausen anno 1399 conscripsit contra Christianos. Jam saepius est editus.**

Codex olim fuit e libris G. Ansloo.

---

1) Codices sequentes meo rogatu e Bibliotheca Regia Hagana huc translati sunt.

MMDCCCX. (Cod. 2081.)

جواهر الكلمات, glossarium Arabico-Turcicum in usum scholarum metrice compositum ad normam Ibn-Firischtae et Scháhidíi opera. Describitur a Cl. Flügel in Catal. Codd. Vindob. I, p. 121 sub n. 117; ibi dictis addatur capitum numerum esse 61. Codex noster anno 1120 bene scriptus est in urbe ازميـر (Smyrna). De origine nihil annotatum est.

MMDCCCXI. (Cod. 2082.)

بحر المعارف notum opus Turcicum de arte poëtica, quod Sorurí (Moçtafa ibn-Scha'bán) teste subscriptione (cf. Pertsch, *die Türkischen Handschriften der Herz. Bibl. zu Gotha*, p. 49) anno 956 absolvit. Cf. supra I, p. 119, de Jong, Catal. Codd. Acad. Reg. Scient., p. 246. Codex anno 1016 exaratus esse videtur. Sequitur tractatus de arte metrica auctore Abu-Abdolláh Mohammed, vulgo appellato Abu-'l-Djaisch al-Ançárí al-Andalosí (+ 626 s. 627), anno 1080 scriptus. In primo Codicis folio infeliciter describitur, tamquam continens »Elogia Prophetae Mohammedis". De origine nihil patet.

MMDCCCXII. (Cod. 2092.)

Diploma Turcicum.

MMDCCCXIII. (Cod. 2067.)

Collectio facetiarum et historiolarum Naçro-'d-díni Khodja, diversa ab ea quae supra p. 281 sub n. MMDCCXV descripta est. In primo folio infeliciter »Nassir Edini grammatica Arabica" appellatur.

Codex bene scriptus est.

Portat notam Mesnil, est igitur oriundus ex Colleg. Soc. Jes. Paris.

MMDCCCXIV. (Cod. 2068.)

Nithámii (+ 596) notum poëma *Khosru et Schirin.*

MMDCCCXV. (Cod. 2069.)

Compendium geographiae Persicum, auctore Abu-'l-Hasan Çá'id ibn-Alí al-Djordjání, quod titulum مسالك الممالك habet secundum H.-Khal. V, p. 509 et exemplar hujus libri quod Oxonii est, Bodl. Pers. (Uri) 27(3), vid. Catal. I, p. 274. Incipit a divisione climatum, quam sectionem excipit caput longitudinis et latitudinis praecipuorum locorum. Deinde tractantur maria, lacus, insulae, amnes, montes, deserti, mirabilia aedificia et animalia, fodinae; quaestiones nonnullae ad scientiam geographiae pertinentes has sectiones claudunt. In fine libri distantiae praecipuorum locorum et loca homonyma numerantur. De aetate auctoris certus non sum. Praeter Bírunium (+ 430) auctores laudatos non vidi. Quod Urius affirmat eum anno 816 obiisse, videtur ortum e confusione nostri et as-Sayid as-Scheríf al-Djordjání. In titulo Codicis liber male appellatur كتاب روز نامه.

Codex charactere nestalik anno 1034 est exaratus.

MMDCCCXVI. (Cod. 2080.)

خلاصة التعبير, compendium Persice scriptum de arte somniorum explicandorum in 99 capita divisum. Post doxologiam, incipientem verbis الحمد لله العلى العظيم الجواد الكريم, sic exorditur liber: اما بعد بدانكه اين كتابيست لطيف وعلميست شريف از علم تعبير كه استادان ماهر وبزركان معتبر كه در علوم راسخ بوده اند تاليف كرده اند واين مختصر از كتابهاى ايشان انتخاب كرده شد مثل كتاب دانيال بيغمر ويوسف بيغمر وامام

جعفر صادق علیهم السلام واز کتابهای دیکر چون کتاب جاموس حکیم ومحمد کرمانی واسماعیل بن اشعث وعدوس[1] وحافظ واستاد محمّد ابن سیرین وابرهیم ودیکر از کتابهای چند که اکر یك یك را ذکر کنیم کتاب مطوّل کردد واین مختصر از ان جمله منتخب کردید الخ. In fine ultimi capitis dicit se potissimum e libris Ibráhími Kirmání et Mohammedis ibn-Sírín hausisse, quippe praecipuorum hujus artis doctorum. Opus Ibráhími habebat titulum دستور فی التعبیر, Ibn-Sírini جوامع التعبیر, et ille hoc est recentior, vid. H.-Khal. V, p. 63, neutrius vero aetatem definire possum, ut neque auctoris hujus libri sive nomen sive aetatem indicare possum.

Codex subscriptione et titulo carens, nitide scriptus est charactere nestalik. De origine nihil mihi est cognitum.

## MMDCCCXVII. (Cod. 2070.)

Pars tertia sive tractatus (مقالة) septimus *Practicae* Johannis b. Serapionis (يوحنا بن سرابيون) c. t. الكُنّاش, quamque e lingua Syriaca in Arabicam transtulit al-Hadíthí al-Kátib. Vixit autem Ibn-Serapion dimidio posteriore saeculi 3^ti (vid. annot. ad Fihrist, p. ۲۹٦). In versione latina Andreae Alpagi Bellunensis (Venetiis 1550) occupat haec pars tertia f. 73 vers. — f. 112 vers. Prima versionis Arabicae pars exstat in Bibl. Escur. 814(7).

Codex antiquus propter deficientiam punctorum passim lectu difficilis est.

Oriundus e Bibl. Societ. Jes. Paris. et a Mesnil nota formula signatus.

## MMDCCCXVIII. (Cod. 2071 *a* et *b*.)

Duo volumina anno 607 nitidissime exarata ab Abdo-'l-Mon'im

---

1) Sic. H.-Khal. عبدوس et عبدیوس.

**ibn-Abdi-'l-Káhir ibn-abí-Mançur al-Isráilí, quibus continetur pars magna Canonis Avicennae, nempe Cod. 2071 *a* inde a Fanno 16to libri tertii ad finem hujus libri, Cod. 2071 *b* a Fanno 6to libri quarti ad finem libri quinti. Exemplaris autem ad quod haec volumina pertinuerunt, erant pars 5ta et 7ma.**

Codices anno 1536 Constantinopoli emti a G. Postello (+ 1581), oriundi sunt e bibl. Societ. Jes. Paris. et a Mesnil notati.

## MMDCCCXIX. (Cod. 2072.)

**موجز القانون فى الطب, compendium Canonis Avicennae notissimum, auctore Ibno-'n-Nafís (+ 687). Codex bene scriptus est anno 807.**

Codex itidem oriundus e Bibl. Societ. Jes. Paris.

## MMDCCCXX. (Cod. 2073.)

**Nota sunt verba Casauboni apud Huet, *de interpretatione*, I, p. 185 (ed. Hag. 1683): »Vix ullos Averrois Arabicos codices in Europa reperiri posse putabat Scaliger — —. Ego tamen his versavi manibus Arabicum Averrois librum, ex oriente huc olim a Postello devectum; quod miror Scaligerum fugisse, Postello olim amicitiâ et literariâ consuetudine conjunctum. Eo libro continentur in Logicam, Rhetoricam et Poëticam commentaria". Suspicatus est Cl. Renan hoc exemplar esse illud quod in Bibl. Medic. Laurent. gerit numerum CLXXX (Asseman. p. 325), vid. *Averroès et l'Averroïsme*, 2e ed., p. 81. Est vero noster Codex, qui in ultimo folio inscribitur »Commentarii in organum et rhetorica Aristotelis. Sum Postelli Mathetú Professoris Regii". Codex manu Mauritana pulcherrime est exaratus, sed anni nota caret. In margine a vermibus male est passus. Ad finem libri de rhetorica legimus وكان الفراغ من تلخيص هذه المقالة يوم الجمعة الثالث من شعبان من عام سبعين وخمس مائة.**

**Titulus semi-Graecus sic audit: *του ἀντωνομαστικως ἐκΦραστοῦ***

*λεγομένου του* ابن رسد *ὅν ἀβὴν ῥοῒς καλοῦμεν Αριστοτέλου* تلخيص المنطق *της διαλεκτικῆς καὶ ῥητορικῆς ἔκφρασις καὶ ἀριθμητικη διάθεσις μεθοδικως ποιητικου.* In margine interdum vocabulum Graecum est adscriptum, et collatio cum archetypo et alteri exemplari.

Oriundus est iterum e Bibl. Coll. Paris. Societatis Jesu et gerit notam „Mesnil "paraphé au désir de l'arrest du 5 Juillet 1763.

## MMDCCCXXI. (Cod. 2074.)

Commentarius Averrois († 595) magnus ad Aristotelis Metaphysicam (ما بعد الطبيعة), cujus alterum exemplar non superesse videtur. Ad finem capitis septimi (sexti) haec legimus: هنا انقضى هذه المقالة والحمد لواهب العقل كثيرًا وقد بلغت فى تفسيرها اقصى ما انتهى اليه جُهْدِى بعد تعب طويل وعناية بالغة وانا اقول لمن وقف على تفسيرنا لهذا الكتاب ما قاله ارسطو فى اخر كتاب السفسطة انه من وقف على تقصير منا فيما وضعناه فليعذرنى فانا لم نجد فى هذه القوانين لمن تقدمنا شيا نستعين به وما كان منها ليس فيه تقصير فليحمدنا عليه اذ كنا اوّل من تكلم فى ذلك وهذا الشىء عرض لنا فى تفسير هذا الكتاب اذ لم يصل الينا كلام من القدماء فى تفسيره الا ما يلفى من ذلك فى مقالة اللام للاسكندر بعضها وتلخيصها لثامسطيوس. Themistii commentarius in librum undecimum versus est ab Abu-Basschár Matá (Wenrich, p. 287, qui de Alexandri opere nihil certi habet, cf. p. 278). Et Commentarii caput undecimum sic exorditur: قلت لم يلف للاسكندر ولا لمن بعده من المفسرين تفسير فى مقالات هذا العِلْم ولا تلخيصا (l. تلخيص) الا فى هذه المقالة فانا الفينا للاسكندر فيها تفسيرًا نحوا من ثلثى المقالة والفينا لثامسطيوس فيها تلخيصًا تامًّا على المعنى الخ. Hic in

**margine sequentia leguntur: يتلوها المقالة العاشرة المرسوم عليها حرف الكاف ولم يشرحها ابو الوليد وقال انه (l. انها) لم تقع بيده وقد وقعت بيدى ولحقتها هنا وان يسر الله فساشرحها على راى ابى الوليد والثانية عشر والثالث عشر. Quae alia manu quam textus sunt scripta, eadem cujus passim annotatio in margine legitur. Et revera caput decimum desideratur, dum in capitis undecimi parte posteriore abrupte terminatur Codex. Haec tria igitur capita fortasse absoluto undecimo adjicienda fuerunt. Quis haec adjecturus fuerit, probabiliter legebatur in primo Codicis folio, sed nunc pro certo effici nequit. Cf. Renan l. l. p. 63.**

**Codex, Mauritanâ manu non ita male scriptus, praesertim in fine grave damnum passus est.**

Oriundus videtur e bibl. Coll. Paris. Soc. Jesu, nam notam memoratam inscripsit Mesnil.

**MMDCCCXXII. (Cod. 2075.)**

**Primum caput libri Aristotelis »De Coelo et Mundo" Arabice versum ab Averroë, ut mihi quidem videtur, non enim memoratur ejus nomen. Codex ab eodem scriptus est, qui praecedentem exaravit et pars majoris voluminis fuisse videtur, quia nec titulum, nec subscriptionem habet.**

Ejusdem originis.

**MMDCCCXXIII. (Cod. 2076.)**

**Johannis Damasceni Chrysorrhoae (مجرى الذهب) dialectica, in forma epistolae ad Episcopum Cosmam. Sunt 53 capita et 30 folia. Auctor versionis non memoratur, nec habet Codex anni notam.**

Ejusdem originis.

**MMDCCCXXIV. (Cod. 2077.)**

**Inscripsit aliquis in primo folio »Alcoranus Muhamedis arabi-**

cus: Manuscriptus Codex antiquissimus" et subscripsit Reinaud plumbo »Ce manuscrit a été copié l'an 1056 de l'hégire (1646 de J. C.)". De origine hujus Korani nihil compertum habeo.

MMDCCCXXV. (Cod. 2078.)

Korani Sur. 1—18 vs. 2 pessime scripta in charta Indica.
Donum V. benevol. H. D. M. Steur, habitanti Maassluis, 15 Martii 1860.

MMDCCCXXVI. (Cod. 2079.)

Loci selecti ex Korano (Sur. I, VI, XVIII, XXXIV, XXXV, LVI), summa elegantia scripti, quos breves preces claudunt, sine anni nota. Titulus, si liber habuit, est diligenter erasus. In primo folio legimus: نظر فى هذا الكتاب بطرس بن حج دياب الحلبى ترجمان سلطان فرنسى سنة ١٦٧٢ مسيحية رحمة الله عليه وعلى اهله وعلى قارئ ذا الخط. Sunt 44 fol. De origine Codicis nihil annotatum inveni.

MMDCCCXXVII. (Cod. 2083.)

Caput primum, secundum et initium tertii Epistolae Pauli ad Romanos, ex Arabica versione descripta a Jac. Christmanno, anno 1608 Heidelbergae, et missa ad Isaacum Casaubonum.
Codex a Mesnil notatus, oriundus igitur e Bibl. Coll. Paris. Societ. Jesu.

MMDCCCXXVIII. (Cod. 2084.)

Thomae a-Kempis *Imitatio Christi* Arabice versa a Celestino monacho Carmelitano (سلستينوس الراهب الكرمليتانى الحافى), qui praemittit eulogium operis in prosa ornatiore.
Codex anno 1663 bene scriptus est in urbe Tripoli Syriae.
Ejusdem originis.

MMDCCCXXIX. (Cod. 2085.)

Alia ejusdem operis versio, cujus auctor est Ignatius monachus

Capucinus Gallicus, qui ope Arabis ex urbe Haleb eam fecit anno 1638 praemissâ brevi auctoris biographia et admonitione ad lectorem. Sequuntur precationes ab eodem anno eodem scriptae Arabice, et tractatus de confessione et summo sacramento sub titulo رسالة متضمنة لسرّ الاعتراف وتناول القربان المقدّس وما يليهما على طريق الاختصار ab eodem compositus.

Ejusdem originis.

MMDCCCXXX. (Cod. 2086.)

قواعد دين مسيح, Persice per quaestiones et responsa, cujus tractatus, teste duplici annotatione in primo folio, Bellarminus (+ 1621) est auctor.

Codex oriundus e Bibl. Societ. Jesu Paris. Fuit olim e libris Andreae Bonvicinii.

MMDCCCXXXI. (Cod. 2087.)

Ejusdem argumenti liber, in exordio appellatus انتخاب عقايد وعمليات دين عيسويان, in fine رساله جواب وسوال dictus. Divisus est in 15 sectiones.

Codex anno H. 1030 nitide est scriptus. De origine nihil annotatur.

MMDCCCXXXII. (Cod. 2088.)

Inscribitur Codex منهاج الدين الصحيح الى السلامة بالمسيح et continet Arabicam versionem Cathechismi Heidelbergensis et Actorum Synodi Dordracenae anno 1614, nempe Confessionis fidei et formularum in cultu adhibendarum. Versionis auctor non memoratur. Est nitide scriptus liber.

MMDCCCXXXIII. (Cod. 2089.)

Florilegium precum e libris Ecclesiae Romano-Catholicae desumtarum et Arabice versarum. Auctor se non vocat, nec anni

notam habet Codex, qui nitide est exaratus. De origine nihil patet.

### MMDCCCXXXIV. (Cod. 2090.)

Liber precum ad usum Ecclesiae Romanae Arabice, pulcherrime scriptus anno 1639 in urbe Haleb cum bellis figuris aere expressis. Titulo praecedit precatio sacerdotis coram aegrotis. Post praefationem sequitur precatio *vexilla regis* et deinde calendarium ecclesiasticum. In fine est index precum, unde patet ultima ipsius Codicis folia desiderari, nempe ultima precatio est p. ٣٣٩—٣٢٨ *alia orat. ad poenit.* Sequi deberet *credo in deum patrem*, *oratio ante sacrum* et *gratiarum actio post mensam.*

Codex oriundus est e Bibl. Coll. Paris. Societ. Jesu et a Mesnil notatus.

### MMDCCCXXXV. (Cod. 2091.)

Liber divini officii ad ritum Armenorum, nitidissime scriptus et figuris pictis illustratus. Codex autem usus vestigia habet non pauca.

Oriundus est e Bibl. Coll. Paris. Societ. Jesu.

---

| DATE ISSUED | DATE DUE |
| --- | --- |
| JUL 24 | |
| 1 | |
| JUN 15'81 | |
| RETURNED FEB 24'81 | |





